



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Innocentio XIII. & Benedicto XIII. editas

**Luxemburgi, 1740**

Anno Primo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74724)

BENEDICTUS XIII. PONTIFEX CCXLIX. ANNO CHRISTI MDCCXXIV.

BENEDICTUS XIII. Romanus, Frater Vincentius Maria Urfinus antea vocatus, Ferdinandi Ducis Gravinæ Filius, S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. S. Sixti, primum Episcopus Sipontinus, deinde Cæsenatensis, demum Portuensis, & Archiepiscopus Beneventanus. Summus Pontifex electus fuit die 29. Maji Anni 1724. Coronatus vero die 4. Junii. Creavitque Cardinales 29. Vixit annos 81., dies 20., sed in Pontificatu annos 5., Menses 8., dies 23. Obiit die 21. Februarii Anni 1730., sepultusque est in Ecclesia S. Mariæ super Minervam. Vacavit Sedes menses 4., dies 21.

APPENDIX AD TOM. X.

I. Promulgatur Canonizatio B. Andrea Corsini Ordinis Carmelitarum, in Sanctorum numerum ab Urbano VIII. relati.

Similes sunt huic Constitutiones præcedens, & sequens. Peracta fuit Canonizatio anno 1629., Apr. 22., P. 6.

Dat. 4. Junii 1724. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.



ATIONI congruit, & convenit aequitari, ut quæ Romanus Pontifex in plenariio conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum unanimi eorum consilio communicato, sanxit, & definivit, licet postea ob ejusdem Pontificis obitum literæ Apostolica de his conscriptæ non fuerint, suum tandem consequantur effectum.

Expositio facti & vite B. Andrea.

§. 1. Jamdudum piæ recordationis Antecessor Noster Urbanus PP. VIII. ob divinitus sibi traditam totius Ecclesiæ administrationem de Populi sibi commissi æterna salute, & summi Dei gloria maxime sollicitus, utriusque augendæ plurimum expedire secum animo reputavit, si eorum memoriam solemniter laude ubique recollendam curaret, quorum assiduis precibus grex Christianus in calis adjuvari posset. Quare de pia conversatione, & eximiis vitæ meritis Beati Andrea Episcopi Fesulanis optime edoctus, quem ob signorum quoque præstantiam sub piæ memoriæ decessoribus Romanis Pontificibus Clemente VIII., & Paulo V. celebrari, ejusdemque gesta ex S. R. E. disciplina, & regulis majorumque traditionibus sæpe in examen vocari, & undequaque probari olim audierat, eum rite Sanctorum Canonum adscribere statuit.

Ejus ortus 1302.

§. 2. Andreas die festo recurrente Beati Andrea Apostoli, unde in Baptismo nomen accepit, Florentiæ Tuscorum pridie Kalendas Novembres anno Christi Domini 1302. claro in primis Corsinorum genere ortus est, quum ejus Parentes jam steriles in Sacra æde Fratrum Ordinis Beate Mariæ de Monte Carmelo primum fructum ex se proditurum, Deo, & Matri ejus vovissent. Adolefcens de hoc monitus, deque lupo in candidum agnum convertendo, quem Mater sibi parere visa fuerat, eorundem Fra-

Carmelitarum ordinem ingreditur.

trum Carmelitarum Ordini nomen dedit, nullis retro Mundi illecebris se revocari passus. Suscepit Regulæ insignibus, & professione facta, nihil antiquius habuit, quam in Institutum, cui se dicaverat, accurate observaret. In Christianis Virtutibus, præsertim humilitate, se vir Dei maxime exercuit, viliora Cœnobii opera obeundo, inque pensis diurnis, nocturnisque persolvendis summe sollicitus, vitis fermentorum acervo pro lætulo usus, asperrimoque cilicio, & catena; jejuniiis etiam præter communia non paucis corpus castigans, itur aquam ipsam, & panem, quibus parce aleretur metiri consueverit. Ad sacros ordines promotus, primumque Missæ sacrificium celebraturus, Deiparam Virginem sibi loquentem audiri meruit, superis adeo gratus, ut per ejus preces infirmi, nulla ope humana sanabiles, cunctis mirantibus, pristina salute donarentur. Sacris literis imbuendus triennium Lutetiæ transegit, ubi a condiscipulis cæcus, surdus, & mutus propterea nuncupatus, quod omnes sensus ab impudicitis frænaret. Inde redux visum cæco; aqua lustrali consperso, Avenione restituit. In patriam reverfus hydrophem sanat, digito in nomine Jesu ori ejus injecto, unde mox aquæ cadus effluxit. Andrea virtutum hoc pacto, & signorum fama resonante, Ecclesiam Fesulanam suo Pastore viduari contigit, cui totius cleri, populi que suffragio ipse sufficitur: qui tamen, nuncio electionis audito, clam in Carthusiâ Florentinæ secessum aufugit, Dei Matrem exorans, ut se ab ea dignitate liberaret. Illo die quæsito, nec reperto, de Præfulis electione mutanda Clerus, & Populus Fesulanus consilium ineunt. Sed puer trimus cœtum electorum ingressus, Andream Episcopum probe renunciatum, nequaquam mutandum exclamat: inter Carthusianos orantem delitescere; unde ad Fesulanam Ecclesiam, de onere pontificali subeundo ipse quoque visu monitus, perducitur. A beatæ memoriæ Urbano PP. V. decessore Nostro in pastoralis munere confirmatus, oves suas omni pietatis officio pacere satagit. Suis ipse manibus stipem egenis viritim porrigere solitus, singulorum nomina in codice seorsum sibi descripsit; quumque aliquando anonæ caritas ingrueret, quotidie escam pauperibus ipse erogabat: qua deficiente, numeroque pauperum aucto, panis ubertim in arca multiplicatur. Florentinorum Republica in partes scissa, funestis, perpetuisque discordiis laborante, Fesulanus Episcopus sacris concionibus pacis unitatem Civium animis inferere studet, demonesque corvorum specie in aere præstantes ostendens,

Singularis humilitas, corporisque castigatio.

Ad sacros ordines promotus variis claruit signis.

Ad Ecclesiam Fesulanam mirabiliter evectus.

In egenos benignitas, & in compendis distidius studium.

dens, omnes ab intestinis, & Civilibus odiis deterreret. Hinc idem, quem memoravimus, beatæ memoriæ Urbanus PP. V. cognito divinæ gratiæ dono, quo Fesulanus Episcopus in componendis Populorum discordiis pollebat, Legatum Bononiæ mittit, ut dissidentia pectora mitigaret, ferocesque Civium animos flecteret, Andreas Pontificis iustis obtemperans, illuc proficiscitur, ubi tumultuantes venerandi Præsulis auctoritate, & verborum dulcedine capti, mox depositis armis in concordiam reducuntur, paucis, qui adversabantur, atroci morbo correptis: qui tandem meritis Beati Andreae liberati, ab omni odio quieverunt. Ita vir Dei, negotio confecto, magna omnium laude, & plausu Fesulæ remeavit, ubi in memoriam Christi Domini qualibet feria quinta pauperum pedes lavare solitas, cuiuspiam tibias plagis graveolentibus, & putredine infectas ab se lotas, lacrymisque conspersas, osculatus, undeque curavit. Die mortis appropinquante, eam ipsa nocte Natalis Christi Domini summo gaudio antequam primam Missam celebraret, sibi nocte Epiphaniæ adventuram, a Deipara Virgine accepit; qua, psalmis, & catholicæ fidei Symbolis sibi prælectis, verbisque Simeonis prolatis: *nunc dimittis*, ad gloriam æternam evolavit VIII. idus Januarii anno Domini Incarnationis 1373. ætatis 72. ab ingressu ad Religionem 55. Episcopatus 12. Ex ejus corpusculi in paleis fratri suavi odore, per plures infirmi, multi etiam ex ejus tactu, statim convalescerunt. Deus quoque ad idem corpusculum, Florentiam traslatum, atque instar viventis in cathedra sedens, plurima signa patefecit. Anno vero 1440. piæ memoriæ prædecessore Nostro Eugenio PP. IV. Florentiæ commorante, exterioque milite agrum Florentinum crudeliter depopulante, atque ipsi Civitati ob eventuram cladem perterrefactæ, incubante, Deus per Beatum Andream, ad quem miraculis clarum populus in tanta calamitate sibi impendente confluebat, adolescentem revelavit, in proximo die natali Beati Petri Apostolorum Principis, Romanæ Ecclesiæ prædonem, & Florentinorum hostem devictum iri: qua quidem re Civitatis decemviris jussu beati viri per adolescentem nunciata, præliquo intro, hostes fusi sunt, & Florentinorum Republica cum rebus Eugenio Pontificis, & Ecclesiæ Romanæ a tyrannide liberata. Quare ad eadem Carmelitarum maxime supplicatio indicta est, ubi Papa Eugenius, S. R. E. Cardinalibus ibidem præsentibus, & Clero, Senatu, populoque Florentino flagitantibus, corpus Beati Andreae inter accensa funalia, & thurificationis palam ostendi concessit; quo ex tempore Andreas, ut relatus in Sanctorum Canonem, habitus est. In rei memoriam Magistratus Florentinorum quotannis sacram ædem, ubi pii viri corpus requiescit, magna religione invisere consueverunt.

§. 3. Hinc eximius, & probatissimis viri Dei virtutibus, & signis per eum patris, cultuque publico aucto, Clerus, & Republica Florentinorum a felicis memoriæ Paulo PP. II. antecessore nostro Andream ritu solemniori in Sanctorum canonem referendum poposcit, negotiumque ab eodem Paulo II. atque etiam a piæ memoriæ successore ejus Sixto IV. aliquot S. R. E. Cardinalibus commissum est. Sed hominum, & temporum vices rem alio traxerunt. Interim felicis recordationis Gregorius XIII. Antecessor noster Missam, & Officium ejus primum, secundum Missale, & Breviarium Ordinis Fratrum Carmelitarum pro die 14. Januarii oraculo suo comprobavit, alias ab antiquo tempore Florentiæ in Ecclesiâ Beata Mariæ de Monte Carmelo, inque tota Diocesi Fesulana celebrari solita. Tandem sub piæ memoriæ Antecessore nostro Clemente Papa VIII. Christianissimo Rege Francorum

Henrico IV., & Maria Regina, Ferdinando quoque in Etruria sibi subjecta Magno Duce, aliisque enixe postulancibus, de Andrea Sanctorum canonis adscribendo actum est. Clemente autem viam universæ carnis ingresso, sedente felicis recordationis Paulo PP. V. iteratis eorundem Virorum principum, aliorumque precibus, de hoc pariter actum. Sed Paulo, & successore ejus Gregorio XV. deinde etiam sublati, tandem recolendæ memoriæ Urbanus PP. VIII. qui in Cathedra Beati Petri utriusque successerat, post servi Dei vitam, gesta, virtutes, & miracula, ex antiquo Romanorum Pontificum Instituto, sibi compluries, de more enarrata, inque tribus Consistoriis, coram se, ad Apostolicarum Constitutionum Regulas, habitis magna solemnitate discussa, atque omnium suffragio comprobata, eundem Beatum Andream Episcopum Fesulanum Sanctorum canonis adscribere statuit. Itaque indicta die 10. Kalendas Maji anno 1629. universis, quæ agenda erant, ad Sanctorum Patrum traditiones, sacrorum canonum instituta, & S. R. E. venerandos ritus, & disciplinam rite peractis, idem Urbanus PP. VIII. in Sacrosanctam Beati Petri Apostolorum Principis Basilicam magno apparatu, & celebritate processit, ubi in plenario Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum Conventu pro Beato Andrea in Sanctorum Canonem referendo, repetitis summa religione ad Deum precibus, implorataque Spiritus Sancti gratia, ad honorem Sanctæ, & individua Trinitatis, exaltationem fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis incrementum, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, plenarii ejusdem Conventus Consilio, unanimique acclamatione, & suffragio, beatæ memoriæ Andream Corfinum Florentinum Ordinis Fratrum Beata Mariæ de Monte Carmelo, Episcopum Ecclesiæ Fesulanæ, de cujus virtutum, & prodigiorum magnitudine cumulate constiterat, Sanctum esse decrevit, inque Sanctorum Confessorum Pontificum Canonem retulit, & referendum esse pronuntiavit, eundemque ab universis Christianis fidelibus, ut vere Sanctum, ubique colendum, honorandumque; in ejus honorem sacras ædes, & Altaria, in quibus incrementum sacrificium Deo offeratur, construi ac dicari posse definivit, & quotannis octavo idus Januarii, quo ad Cœlestem patriam evolavit, ejus memoriam, ut Sancti Confessoris Pontificis, piæ coli sancivit: quem etiam, ut talem, anno insequenti Martyrologio Romano octavo idus Januarii inserendum curavit. Postremo gratis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum Andream in conspectu omnium gentium honorificasset, tamque insigni gloria Ecclesiam suam decorari voluisset, idem Urbanus Pontifex omnibus, quæ ad Beatum Andream in Sanctorum Canonem referendum pertinebant, sancte adimpletis, hymnisque cantatis, divinoque præsidio ex viri Dei meritis, peculiari collectæ in ejus honorem, implorato, sacrosanctum Missæ sacrificium in ara maxima supra Confessionem Principis Apostolorum solemniori ritu celebravit, atque omnibus Christianis fidelibus, qui tantæ cæremoniæ intererant, plenariam peccatorum Indulgentiam ad Dei laudem, & Beati Andreae honorem largitus, cunctis vere pœnitentibus, & confessis, ejus anniversario die ad locum depositionis accessuris, annum unum, & 40. dies, in octava autem 40. dies de injunctis pœnitentiis misericorditer relaxavit.

§. 4. Ne vero de hujusmodi Urbani VIII. Decreto Apostolico, definitione, sanctione, adscriptione, relatione, statuto, concessione, cæterisque præmissis, propterea quod super his ab eodem Urbano, aut ab ejus successoribus piæ memoriæ Romanis Pontificibus prædecessoribus no-

Ab Urb. VIII. ad preces Henrici IV. Francorum Regis, & Ferdinandi M. Ducis Etruriæ, Sanctorum albo adscriptus est.

Item in Martyrologio descriptus, & in die festo Indulgentiæ concessæ.

Causæ hujus Constitutionis.

Ejus obitus 1373. & post illum miracula.

Per ejus preces Florentiæ, & Eugenio IV. hostes fusi sunt.

Hinc singularis in eundem publicus cultus.

A Greg. XIII. ejus officium, & Missa approbata pro die 14. Jan.



†  
†  
†

P. Cardinalis Prodaturus.  
F. Cardinalis Oliverius.

V I S A

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

II.

Promulgatur Canonizatio B. Francisci Borgia Societatis Jesu, jamdiu a Clemente X. peracta.

*Similes sunt huic constitutiones precedens & sequens. Peracta fuit Canonizatio an. 1671., April. 12. P. 1.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat. 4. Junii  
1724. An. 1.

Exordium.

**R**ationi congruit, & convenit aequitati, ut quæ olim Romanus Pontifex in plenario Conventu Ven. Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum unanimi eorum consilio communicato sanxit, & definivit, licet postea ob eisdem Pontificis obitum, literæ Apostolicæ de his conscriptæ non fuerint, suum tandem consequantur effectum. Romana Ecclesia cui nullis exigentibus meritis nostris, ineffabile Dei Consilium præfere Nos voluit, ex veteri Disciplina, & ex Constitutionibus Apostolicis in Sanctorum Canonem eos solemniter ritu, referre consuevit, qui suarum virtutum exemplo Christianifideles ad viam salutis per majorum vestigia alacrius incurrendam accederent.

B. Francisci encomia.

§. 1. Quumque multi peculiari aliquo vitæ genere, ut plurimum excelluerint, unus Franciscus Borgia seculo decimo sexto repertus est, quem in variis, multisque ordinibus constituti, ut certum salutis ducem sequi possent; Optimates enim, & Viri Principes, quique rem publicam gerunt in eo habent, quæ sibi in omni vitæ suæ cursu imitanda proponant, magna quoque habent, qui Regum gratia florentes in summorum Dignitatum fastigio positi sunt conjugio societati æque, ac eodem soluti adolescententes pariter, Juvenescque Viri Deo dicati, Cæteribus quoque Religiosis præpositi. Hi ad unum omnes in Francisco tenent, quæ ubertim, & tuto moribus, & actibus suis exprimere possint; Etenim ille, Deo volente singulas has personas miræ vitæ sanctimonia comitibus miraculis representavit, unde factum, ut viri Dei virtutum, & signorum constanti fama quotidie aucta felicis recordationis Romani Pontifices Antecessores Nostri Paulus V., atque Urbanus VIII. de illo Sanctorum Confessorum Canoni adnumerando consilium inierint, permoti etiam Catholicorum Regum Hispaniæ ferventibus votis huic Sanctæ Sedi Apostolicæ expositis, quod tandem pie memoriæ Decessor Noster Clemens Papa X. ad canonicos ritus veteri traditioni, & Pontificia auctoritate receptos, tota Ecclesia plaudente, complevit.

Ejus vita, & mores, in primisque ortus an. 1500.

§. 2. Inter præcipuos Hispaniarum Dynastas Gandiæ Duces, quæ est gens Borgia, numerantur, eam multiplices dignitates claræ, & per celebrem reddiderunt, clarior tamen evasit, ex quo Magnus Dei Servus Franciscus parentibus Joanne Gandiensium Duce III. & Joanna ex Alphonso Ferdinandi Regis Catholici filio progenita in lucem prodit anno Christi Domini millesimo quingentesimo, decimoquinto Kalendas Novembris, quem diem Beati Apostoli Simon, & Judas martyrio nobilitarunt, Francisci locus natalis fuit Gandiæ Borgiæ Domus avitum Oppi-

dum ad oram Balearici Maris in Conseranis Populis Hispaniæ Tarraconensis in Diocesi, & Regno, quæ a Valentia principe Civitate appellantur: Pia Mater, quod præfenti ope Seraphici Confessoris Beati Francisci vitæ discrimen in filio pariendo evasisset, Franciscum in Baptismate dici voluit, quod nomen tunc primum in Domo Borgiæ fausto omine futuræ ejus Sanctitatis auditum est. Patris Soror, & Mater, quæ erat Ferdinandi Regis Catholici Consobrina inter clarissimas Virgines eximia pietatis laude conspicua animo adolescentis Christianæ perfectionis igniculos injecerunt, qui puerilibus annis Domi traditis, & cum iisdem Dei Sponsis ex prædonum manibus ereptus apud Avunculum Archiepiscopum Cesaraugustanum Alphonsum Aragonum, & Catherinam Joannæ Reginæ filiam postea Joanni III. Lusitanæ Regi nuptam liberaliter educat; inde in Aulam Caroli V. Augusti profectus salutis animæ suæ memor se undequaque immaculatum servavit, matronas officii causa, nonnisi aspectu cilicio præcinctus adire solitus: Caroli Conjugæ Isabella Augustæ admittente Eleonoræ a Castro lectissimæ Virgini Lusitanæ de sanctioris vitæ instituto, nihil unquam remittens, matrimonio sociatur. Pulchra, & copiosa prole donatus ab ea, quam inierat pietatis regula animum Domi, forsive nunquam avertit Cælestibus meditandis diu, nocturne occupatus Sara Synaxi, quolibet octiduo, non sine lacrymis muniri solitus. Sublatæ Isbellæ Augustæ Gravatam funeris deducendi Francisci onus imponitur, cujus Cadaveris, ut publica fide recognosceretur hudata facies diformitate sua tantum ei terrorem incussit, ut Divina luce illustratus de terrenis rebus si conjugi superesset omnino deferendis apud se constituerit, postmodum dicere solitus mortem Augustæ sibi vitam attulisse. Cataloniæ cum imperio præfectus eam cogitationem ardentius fovit, ibique Populorum felicitati ita studuit, ut Patris Patriæ elogio tanquam Reipublicæ bono natus honestari meruerit, magnam auri vim in pauperes erogavit, piam Sacrarum Virginum, & Virorum familias elemosynis auxit; sed & in primis, qui ex summa fortuna ad extremam inopiam devenissent clamavit: Consilio pridem animo inistum sæpe recogitans, atque uni Deo meditando inhaerens diluculo quinque horis de genu quotidie orare frequenti Divinæ mensæ accubitu jejuniis vacare recreari consuevit. Tunc ei Beatum Ignatium regularium Presbyterorum Societatis Jesu, cui postea nomen dedit parentem, & Conditorem prima occasio de tantis rebus scripto consulendi cælitus data est. Patre optimo, atque ipsa Conjugæ piarum omnium exercitationum socia orbatus, & domum redux suorum Gandiensium solatio, & securitati prospexit, Nosocomia instauravit, Cenobia construxit, Gymnasia pro Mauris Christiane educandis erexit, sacras ades vasis aureis, argenteisque pro dignitate locupletavit. Deque veteri vitæ proposito perficiendo secum animo statuens salubria in hoc sibi consilia divinitus dari per bonorum hominum preces flagitavit. Deus tandem Servi sui votis arrisit, inque Societatem Jesu se rapi sensit: Quod enim recens orta Religio, & ab origine ardentior vulgo etiam, adhuc ignota esset, nullusque in ea ambitiosis hominibus dignitatum locus pateret, Francisco summos honores fugienti aptissima visa est orationi intentus, hæc animo agitans septem totos dies tiaram capiti suo imminentem aspexit, veritusque, ne Ecclesiæ dignitatem portenderet Deum enixe obtestari non desistit, ne honores, quos fugeret alibi offenderet. Post defunctos duos fratres suos S. R. E. Cardinales, cum eandem sacram Dignitatem per Antecessores Nostros Romanos Pontifices ultro oblatam ab se repulisset, tiara illa Propofiti munus in sa-

A propinquus pie, ac religiose educatur.

In aula Caroli V. se immaculatum servavit, & uxore ducta aequè pietatem coluit.

Isabella Augusta defunctæ diformitate territus, mundum deserere statuit.

Cataloniæ præfectus benignitate in omnes, caritate in pauperes, singulari in Deum pietate claruit.

Patre, & uxore orbatus, plurima caritatis, & pietatis testimonia dedit.

Divinitus in Societatem Jesu se rapi sensit, & Cardinalatum respuit.

cræ suæ

Vota religiosa nuncupat, & disciplinis edificandis operam dat.

Romam, suis valedicto, proficiscitur, ut S. Ignatii alloquiis fruatur.

Pontificis beneficam in se voluntatem declinavit.

A Pontifice plenaria indulgentia conceditur iis, qui ab eo Presbyteratu initiato corpus Domini suscipiunt.

Quum Societati nomen dedisset, pietatis, & Christianæ humilitati operam precipuam dedit.

Iterum, ac tertio oblatam a Pontifice, & Carolo V. Cardinalatus dignitatem repulit.

Varias Provincias pro lucrandis Deo animabus illustravit.

cra sua familia indicatum, postea cognovit. Adhuc Gandiæ Dux per fel. re. Paulum PP. III. Decessorem Nostrum Beato Ignatio deprecante permixtus est, ut paucis confcis religiosa vota nuncuparet. Quadriennium rebus suis componendis a Pontifice præfinitum, disciplinis gravioribus sacro homine dignis singulari modestia publice perdiscendis impendit, quo elapso, & per fel. re. Julium PP. II. Anno Jubilæi Christianis indicto, Franciscus limina Apostolorum frequentaturus, utque Ignatii invitantis alloquiis fruere, & Caroli V. beneficam erga se voluntatem declinaret suis valedicens Romam eo animo cogitavit, ut natale solum deinceps nunquam repeteret, qui ad aliam Patriam caelestem nimirum summa contentione properaret, idque sancte servavit, etiam sedente Antecessore nostro Pio PP. V. in legatione Cardinalis Alexandrini ad Catholicum Hispaniarum Regem Philippum II. illum digressus. In sacro itinere ad Urbem, quod assidua preces, divini que sermones minuebant juxta, ac Romæ positus ignorari, quam honorifice excipi maluisset, ingentem in eo pietatem submissumque spiritum, qui Beati Ignatii complexui amplissima, & magna quæque postuleret. Urbs tota suspexit Menses quatuor illustrandis Basilicis Deo sacris, omnique pietatis genere cum Ignatio Romæ transegerat, cum de se Cardinalium Senatui adscribendo apud Julium agi subodoratus eodem Ignatio auctore Pontificis oculis propere se subducens in Hispaniam reversus est, ubi Caroli V. propositum ejus laudantis auctoritate rebus, & titulis suis Gandensibus universis Carolo filio transcriptis se penitus abdicavit, regularem Societatis Jesu Clericum induens, & Davidicum illud lætus ingeminans, *Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.* Presbyteratu initiatus, primum Deo sacrificium Loyolæ in Cantabria Ignatii patriæ, & pietati hoc tribuens privatim obtulit, mappis Ludovicæ sororis acu pictis in ara usus. Quia vero Julius Pontifex hoc speciatim induiserat, ut cum primum publice sacris operaretur, quotquot peccatorum confessione rite expiati ex ejus manu Corpus Domini suscipissent, plenariam veniam perciperent, Vergeræ oppido id factum, quo tot homines rei fama ducti advenerunt, ut sacra æde licet magna nequaquam eos capiente in ara sub dio excitata celebrare debuerit, tot ad sacram Mensam accedentibus, ut meridiana hora longè transferret. Postea Concionem habuit, & Clero, ac Populo suppliciter procedente Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum gestavit. Ad Socios inde reverus majori sane Sanctitati excolendæ operam dedit precandi studio horas octo quotidie largitus, vilissima quæque munia ultro subire non dedignatus, stipem vicatim, & ostiatim nudo capite, & pedibus palam mendicans, & pauperibus, ac Nosocomiis distribuens, humi quoque, vel in tabulis cubans. Fama tantæ pietatis Aulas Regias pervagante quamplurimi illum adire, deque salutis negotio consulere visi sunt, complures pariter Summates præsertim Francisci exemplum secuti Religiosis familiis se devoverunt: Sed Julius Pontifex, & Carolus V. tantam virtutem in Cantabris delitescere indignum rati consilium de illo inter S. R. E. Cardinales cooptando certatim incassum tamen, quod postea sæpe numero quoque factum inierunt. Ignatius, qui Sociis aditum ad honorem legibus laris obstruxerat, Julii pedibus advolutus, ne invito, atque infcio honorem deferat, neve oblatum capere cogat, nascenti Sodalitati hoc saltem benignus tribuat libello supplice, & lacrymis coram exorat, & permagna Francisci læticia impetrat, qui, & grati animi testes literas ad Pontificem dedit. Non autem illum Ignatius latere permittit; Viri enim singulari prudentia in lucrandis Deo animabus, & Sanctitate perspecta,

sacras Conciones habiturum varias Civitates, & regiones adire, & multarum Provinciarum, quas licet incommoda valetudine usus, pedes obiit cum amplissima facultate Commissarii Generalis officio fungi mandavit, quæ omnia magno rei Christianæ bono peracta sunt. Postquam vero Carolus V. morbo languentem Misericordiæ Dei commemoratione erexisset, & defunctum funebri sermone laudasset suæ voluntatis, quam ratam haberi vellet exequenda supremis tabulis per eum nominatus a re. me. Antecessore nostro Pio Papa IV. Romam advocatur, ubi Societatis Præposito Generali Jacobo Lagnio ad Tridentinum Concilium ire jussu Vicarii Generalis minus Francisco imponitur. Mox Jacobo ad Urbem reverso Assitens pro Hispania, & Lusitania eligitur, postea Lagnio e vivis sublato, iterum Vicarius Generalis, & demum totius Ordinis Præpositus magna suffragiorum consensione in vitus renunciat, quo in munere Societatem septennio sanctissime rexit, inque obsequiis Apostolicæ Sedis vitæ cursum, quod maxime operaverat, consummat. Pius enim Papa V. Cardinalem Alexandrinum in Hispaniam, Lusitaniam, & Galliam pro re Christiana tuenda ad sacrum fœdus in Turcas percutiendum mittens consilio ei comitem, & participem Franciscum adjungit voluit, & Pontifici jubenti vir pius, quamvis laboribus asperimis, penitentis, & morbis prope confectus alacriter paruit, Romam redux oculis, & manibus in Cælum sublatis, lætus exclamavit, *Nunc dimittis servum tuum Domine.* Mox biduum a reditu longa ægrotatione, multisque incommodis fractus, quæ tamen illum impedire non potuerunt, quin Romam ad supremum, & jam imminentem mortalis vitæ suæ terminum festinaret susceptis præsentis animo, & summa Religione Ecclesiæ Sacramentis, ac Pontifice Gregorii XIII. fe. me. Antecessoris nostri benedictione munitus plenus virtutum, & meritum inter sodalium amplexu piissimam animam Cælo reddidit Anno Christi Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo secundo Kalendis Octobribus. Dei Servus a beatis, & spectatissimis Viris Ignatio Loyola, Pio Papa V., Carolo Borromeo, Francisco Saleño, Sacra Virgine Terefia a Jesu, aliisque quamplurimis factus magnam ubique virtutis, & Sanctitatis famam reliquit.

§. 3. Miracula etiam multa subsecuta sunt, quæ precibus accedentibus Philippi III. Hispaniarum Regis Catholici, & magnorum Præsulum, atque Academicarum Hispaniæ Paulum Pamam V. permoverunt, ut ob tantum Dei famulum in Sanctorum Canonem referendum summam ejus virtutum, & eorumdem miraculorum examen rite institui posse concederet, quo absoluto, Urbanus VIII. eum Beatorum Ordini adscribendum sancivit, largitus quoque, ut de illo Missa, & Officium omnes Societatis Jesu Religiosi, ubique recitare possent, ac mox ut in eorum Ecclesiis idem omnibus Presbyteris agere liceret. Interim sub aliis inclyæ me. Antecessoribus Nostris Innocentio X., Alexandro VII., & Clemente IX. signa post Francisci Beatificationem patrata in examen ex Constitutionibus Apostolicis adducta, & undequaque probata sunt. Decretum tamen de illo in Sanctorum tabulas referendo, quod Clemens IX. morte præreptus vulgare non potuerat, ejus Successor Clemens X. rite vulgavit exorantibus illustri me. Leopoldo electo Romanorum Imperatore cum Coniuge Augusta, Carolo II. Hispaniarum Rege Catholico, aliisque viris Principibus Ecclesiasticis, & Secularibus. Quare idem Clemens X. gestis omnibus Beati Francisci de veteri more Apostolicæ Sedis in tribus Confessoris coram se rite discussis, & comprobatis, eum statuta die in Sanctorum fastos referendum

Quibusdam in Societate perfectis, tandem Præpositus Generalis renunciat.

Confiliorum comes, & particeps Cardinali Alexandrino Legato Apostolico adjunctus est a Pio V.

Romam reversus diei sui obiit 1572.

Ab Urb. VIII. Beatorum Ordini adscribitur fuit.

A Clemente X. exorantibus Leopoldo Imperatore, Carolo II. Rege Catholico, in Sanctorum fastos relatus est una cum 4. aliis Beatis.



pronunciavit. Itaque Dominica secunda post Christi Domini resurrectionem pridie Idus Aprilis Pontificatus sui Anno Primo cum in Sacrosanctam Basilicam Beati Petri Principis Apostolorum solemniter peracturus processisset, semel iterum, & tertium iteratis ad Deum precibus in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum pro Francisco Borgia Sanctorum Confessorum Canonice adscriben. unanimi omnium acclamatione, & suffragio post sacros Hymnos, precesque ad Deum pie fufas, & Paracliti Spiritus gratiam enixe invocata ad honorem Sanctæ, & individue Trinitatis, exaltationem Fidei Catholice, Christianæque Religionis amplificationem auctoritate Omnipotentis Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Beatum Franciscum Borgiam Societatis Jesu Presbyterum Hispanum, de cujus Sanctitate, fidei sinceritate, omniumque virtutum magnitudine, ac miraculorum excellentia cumulate confiterat una cum Beatis Confessoribus non Pontificibus Philippo Benito, Cajetano Thieneo, Ludovico Beltrando, & Virgine non Martyre Rosa a Sancta Maria Sanctum Confessorem esse decrevit, Sanctorum Confessorum non Pontificum Canonice adscripsit, atque in posterum ab universis Christianis tamquam vere Sanctum colendum, invocandum, honorandumque statuit, & definivit ad ejus honorem sacras aedes, arque Altaria, ubi incruentum Sacrificium Deo offeratur construere, & dici, quotannis quinto Nonas Octobris illius memoriam, ut Sancti Confessoris non Pontificis pie coli, atque officio, & Missa ritu S. R. E. honorari pronunciavit ad hoc eadem sua Apostolica auctoritate universis, & singulis Christianis, qui dicta die ejusdem Sancti Confessoris Sepulcrum, & Corpusculum devote visitassent annos septem, & totidem quadragenas, infra vero octavam quadraginta dies de junctis, seu debitis poenitentis misericorditer relaxavit. His peractis Deum Patrem aeternum, Regemque Gloriam Christum Dominum Patris sempiternum Filium, Sanctumque Paraclitum Spiritum unum Deum, atque unum Dominum hymnis, & laudibus veneratus peculiari oratione in honorem Beati Francisci Borgie ad Deum cantata Missa in Ara maxima super Confessionem Beati Petri cum ejusdem Francisci commemoratione celebravit, omnibus Christianis tantæ ceremoniæ presentibus peccatorum Indulgentiam largitus.

§. 4. Ne vero de hujusmodi Clementis Patris X. Decreto Apostolico, Definitione, Sanctione, Relatione, Concessione, cæterisque præmissis; propterea quod ab eodem Clemente, & ab ejus Successoribus Innocentio XI. Alexandro VIII. Innocentio XII. Clemente XI. & Innocentio XIII. piæ mem. Romanis Pontificibus Decretis nostris literæ decretales de more conscriptæ, & promulgatæ non fuerint, deinceps unquam possit quomodolibet hæsitari. Nos, qui meritis licet imparibus disponente Domino in Cathedra Beati Petri iisdem successimus, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, ut decretum, sanctio, relatio, adscriptio, concessio, cæteraque hæcenus memorata a jam die pridie Idus Aprilis Anni millesimi sexcentissimi septuagesimi primi, suum undequaque, & plenarium consequantur effectum, ac si super illis ab eodem Clemente Papa X. literæ Decretales revera eadem die conscriptæ, & de more promulgatæ fuissent, ut superius enarratur.

§. 5. Volumus autem, ut præsentis literæ ad probandum Decretum, definitionem, sanctionem, adscriptionem, relationem, statutum, concessionem, cæteraque præmissa ubique omnino sufficiant, neque alterius cujuscumque probatio-

nis adminiculum ad id amplius requiratur. Præterea, quia difficile foret has nostras ad singula loca, ubi opus esset adferri, volumus, ut earundem exempla etiam typis impressa manu publici Notarii subscripta, sigilloque alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munita, eadem ubique fidem obtineant, quam hæc nostræ obtinerent, sicuti eas exhiberi, vel ostendi contingeret.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Decreti, definitionis, sanctionis, adscriptionis, relaxationis, statuti, concessionis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo sepringentesimo vigesimoquarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus nostri Anno Primo.

† Ego Benedictus Catholicæ  
Ecclesiæ Episcopus.



†  
†  
†  
† Ego Franciscus Episcopus Prænestinus Card. Barberinus.

†  
† Ego Laurentius Episcopus Tusculan. Cardinalis Corsinus.

†  
† Ego Joseph Tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Card. Sacripantes.

†  
† Ego Philippus Antonius Tit. S. Cecilia Presbyter Card. Gualterius.

†  
† Ego Ludovicus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.

†  
† Ego Antonius Felix Tit. S. Balbine Presbyter Cardinalis Zondadari.

†  
† Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Mariæ Transyberim Presbyter Cardinalis Corradinus.

†  
† Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.

Erab eodem concessæ Indulgentiæ in ejus die festo.

Causæ hujus Constitutionis.

Promulgatio recentis Canonizationis S. Francisci.

Claufulæ.

- †
- †
- † Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.
- †
- † Ego Nicolaus Tit. SS. Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.
- †
- †
- † Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.
- †
- †
- † Ego Ludovicus Tit. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.
- † Ego Josephus Tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Cardinalis Salernus.
- †
- † Ego Alvarus Tit. S. Bartholomei in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.
- †
- † Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteris.
- † Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.
- † Ego Vincentius Tit. S. Calixti Presbyter Cardinalis Marefsebi.
- † Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Dominica Presbyter Cardinalis Coscia.
- †
- †
- †
- † Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.
- † Ego Josephus Rhenanus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.
- † Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteris.
- † Ego Carolus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.
- † Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.
- † Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis Oliverius.
- † Ego Carolus S. Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.
- † Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.
- † Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.
- †
- † Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Cardinalis de Judice.
- †
- †
- †
- †
- †

P. Card. Prodaturus.

F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia J. Archiepiscopus Ancyran.

L. Martinettus.

Promulgatur Canonizatio B. Joannis a Capistrano Ord. Minorum de Observ. ab Alexandro VIII. jam pridem peracta.

Similes sunt huic Constitutiones precedens, & sequens. Peracta fuit Canonizatio an. 1690. Oct. 16. Pont. 2.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

**R**ationi congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, unanimi eorum consilio communicato, sanxit, & definivit, licet postea ob ejus Pontificis obitum literæ Apostolicæ de his conscriptæ non fuerint, suum tandem consequantur effectum.

§. 1. A largitore omnium bonorum in summo Ecclesiæ fastigio constitutus felices recordationis Antecessor Noster Alexander Papa VIII. pro sua pastorali vigilantia illud unum præ omnibus sibi incumbere admadvertit, ut pro Domo Israel Speculatoris officium impendens, populos sibi commissos duceret in vias Domini. Hoc autem se præstiturum putavit, si ex ritu, & disciplina S. R. E. recognitis, & comprobatis eorum virtutibus, qui vitæ Sanctimoniam cæteris antea præluxerant, pietatis ardorem eo magis in Christianifidelium cordibus accederet, quo vitam, a Viris justis pie actam, in universa Ecclesia luculentius spectandam aperiret. Itaque cum aliis Dei Servis, qui moribus vere Christianis jamdudum venerandi habebantur, Joannem a Capistrano Ordinis Fratrum Minorum B. Francisci, qui a regulari observantia nuncupantur, multis magnisque virtutibus, & signis ubique percelebrem, rite in Sanctorum Canonem sibi referendum existimavit.

§. 2. Capistrani Marforum Oppido in agro Aquilano, inque Episcopatu Sulmonensi ortus est Joannes anno Christi Domini 1385. In gymnasio Perusino Christianis, & liberalibus disciplinis instructus, aliquando rempublicam gessit; sed postea Dei monitu ad sanctius ministerium vocatus, in eadem Civitate Ordinem Fratrum Minorum Beati Francisci, qui a Regulari observantia nuncupantur, abse ferventissimis votis expetitur, quamvis repulsus durisque, & publicis quoque experimentis probatus, maxime alacris amplexus est anno Christi Domini 1414. In divinis literis magistro usus est beato Confessore Bernardino Senensi, quem pro Sacratissimo nomine Jesu calumniis traductum coram piæ memoriæ Antecessore Nostro Martino Papa V. in Basilica Beati Petri principis Apostolorum strenue defendit: eumdemque ipse, & Sodalis Jacobus a Marchia per inclytæ recordationis prædecessorem Nostrem Nicolaum V. in Sanctorum Confessorum Canonem postea referendum curavit, uterque deinceps in eundem Sanctorum Canonem, & Jacobus quidem a Nobis quamprimum favente Domino referendus Joannis doctrinæ, asperitæ poenitentia, & Sanctitatis fama in dies crescente, ad multas, variasque Provincias, Italiam, Germaniam, Sarmaticam, Pannoniam Christianos mores, disciplinamque verbo, & scriptis, quæ plurima edidit, instauraturus, ab Antecessoribus Nostri Romanis Pontificibus ablegatur. Idem quem diximus, Martinus V. ad compescendam verbo, & scriptis Fraticellorum sectam illum una cum Jacobo a Marchia Inquisitorem instituit; de quibus

III.

Dat. 4. Junii 1724. Ann. 1.

Exordium.

Expositio facti, & Vitæ B. Joannis.

Ejus ortus 1385.

Religionem ingreditur.

In varias Provincias a Romanis Pontificibus ablegatur.

Fraticellorum sectam delevit.

Joannem

Joanem feliciter triumphantem, contra omnes hereticos generalem Inquisitorem creat. Reatinos, & finitimos populos inter se odiis, armisque certantes eloquii suavitate componit. In terris S. R. E. circa pharum, Joanna II. Regina flagitante, Judaici fenoris pravam licentiam evellit. Decefforum Noſtrorum, Martini dormicionem, piæque memoriae Eugenii IV. Succellionem prædicat, a quo pro magnis Eccleſiæ negotiis ad Inſubres, Siculos, & alios mittitur. Reculato Aquilano Epilcopatu, munus prædicandi Evangelium obire non ceſtat, inque plenario Florentinorum Patrum Conventu, velut ſol quidam fulget. Romæ Judæorum Synagogæ Magiſtrum cum quadraginta Sæctatoribus ad veritatis profeſſionem reducit. Ut hæreticos in ſinum Eccleſiæ, & Principum animos in concordiam redigat, Frederico III. Imperatore poſtulate, in Germania partes a prædico Nicolao V. mittitur.

§. 3. In Germania, Bohemia, Sarmatica, & Pannonia ſexenniali peregrinatione Huſſitis, Adamiſis, Taboritis, Hebræiſque innumeris ad Chriſtianam veritatem, doctrinæ, ſanctitatis, & miraculorum luce converſis, Dei gloriam mirificè auget. Aegros quamplurimos ſanat, mortuos ſulciat, mutis loquelam reſtituit. Denique totam Chriſtianorum Rempubliam periclitantem ab immaniſſimo Turcarum Tyranno deſenſurus, ſe pro Domo Iſrael murum opponit, dum piæ memoriae Deceſſor Noſter Caliſtus Papa III. Joanne poſitiſſimum deprecante, Chriſtianorum militum, ſigno Crucis illuſtrium expeditionem in Turcas Europæ incubantes decernit ſtatimque Joanne Pannoniam, Tranſilvaniam, Moldaviam, Vallachiam, inſtar fulgoris pervolante, ſeptuaginta millia Chriſtianorum conſcribuntur, Crucifque vexillum ipſo parma fidei proteſto præferente, de centum, & viginti milibus hoſtium toto Orbe mirante, victoria reportatur: cujus Nuncio Romam allato VIII. Idus Auguſtas, idem Caliſtus ejus diei memoriae ſolemnia Tranſfigurationis Chriſti Domini perpetuo conſecravit.

§. 4. Joannes hiſ, atque aliis ſempiterna memoria digniſſimis præclare geſtis, ex corporis fatigatione lethali morbo contracto Villacum Pannoniæ inferioris Oppidum in agro Sirmiſi deſertur, ubi a Ladislao Rege aliique viris principibus viſitatur, ſanctiſque Eccleſiæ Sacramentis maxima Religione ſuſceptis, & multis, quæ ſuperventura erant, prænunciatis, principes viros Ladislauum Regem, Matthiam Corvinum, alioſque ad tuendam Religionem Chriſtianam hortatur vir Apoſtolicus, & voluntate Martyr pie in Domino obit anno ſalutis 1446. X. Kalendas Novembres; deſuncto triduanæ exequiæ in Pannonia, Germania, atque Italia univerſa perſolvuntur. Poſt obitum æque, ac in vita multis magniſque miraculis claruit.

§. 5. Pro eo in Sanctorum Canonem referendo ad Sedem Apoſtolicam undique ſcriptum eſt; ab Italia Civitatibus Bononia, Patavio, Tarviſio, Aſculo, Fridericus III. Auguſtus, & Caſimirus Poloniae Rex a Pio II. feliciſ memoriae Anteceſſore Noſtro id poſtulaverunt; qui quidem Pius, adhuc Aeneas Silvius, perſignium Joannis virtutum locuples teſtis, eodem Friderico III. rogante illum a Nicolao V. in Germaniam mittendum impetraverat. Ad hæc Joannes, & Sigismundus Comites Palatini ad Rhenum, Rupertus Dux Bavariæ, Albertus Marchio Brandenburgicus, Corradus Dux Sileſiæ, Petrus S. R. E. tituli S. Vitalis Presbyter Cardinalis, Auguſtanus nuncupatus, in Univerſa Germania Apoſtolicæ Sedis Legatus; Epilcopi Miſnenſis, Eyleſterenſis, aliiſque, Mathias Rex, & Eliſabeth Pannoniæ Regina, plurimæque illarum partium Civitates, ab Apoſtolica Sede idem poſpoſcerunt. Quare tot tantique Viri Dei præconiis una

voce ad Sanctam Romanam Eccleſiam undique allatis, & confluentibus permotus feliciſ memoriae Anteceſſor Noſter Leo Papa X. per Bernardum S. R. E. Diaconum Cardinalem Sanctæ Mariæ in Porticu, Bibienam nuncupatum, conceſſit anno ſalutis 1515, ut Joannis piæ dormicionis dies feſtus perpetuis futuris temporibus a Clero Seculari, & Regulari apud Capilſtranenſes quotannis celebraretur.

§. 6. Poſtmodum alius Deceſſor Noſter feliciſ quoque memoriae Gregorius Papa XV. Beatorum ſanctiſ Joannem ſcripſit, in quo ejus die natali officium duplex, & Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium in ejuſdem honorem, toti Ordini regularis obſervantiæ beati Franciſci, & Seculari etiam Clero in diſti Ordinis Eccleſiis celebrari permilſit. Mox ſub piæ memoriae alio Anteceſſore Noſtro Urbano Papa VIII. eximiis, & multis Viri Dei virtutibus, & miraculis ad Apoſtolicum Conſtitutionum ritus, & Canones in examen vocatis, & quæ omnium approbatione, & præconio receptis, etiam ſub feliciſ memoriae Anteceſſoribus Noſtris Romanis Pontificibus Innocentio X. Alexandro VII. & Clemente X. tandem a Sanctæ memoriae Deceſſore itidem Noſtro Innocentio XI. de Beato Viro in Sanctorum Canonem referendo ſanctum eſt, repetitis precibus id etiam poſtulantibus illuſtris memoriae Leopoldo electo Romanorum Imperatore, Carolo II. Hiſpaniarum Rege, & Coſino III. in Etruria ſibi ſubjecta magno Duce.

§. 7. Quum autem re infecta idem Innocentius jubente Domino, ex hac vita pie migraret, feliciſ memoriae Alexander Papa VIII. eidem ſuſſectus, ex Romanorum Pontificum auctoritate, ritualibus Conſtitutionibus, Canonibus, & Decretis rite ſervatis, de Joanne Sanctorum Canonum adſcribendo provide cogitavit. Quare XVII. Kalendas Novembres anno ſalutis MDCXC. ſui Pontificatus ſecundo, in Sacroſanctam Beati Petri Principis Apoſtolorum Baſilicam ſumma celebritate totius Eccleſiæ Romanæ profeſtus eſt, ubi ſemel, iterum, & tertio in plenario Conventu Venerabilium fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Epilcoporum iteratis pro Joanne in Sanctorum Canonem referendo ad Deum precibus, unanimi omnium acclamatione, & ſuffragio poſt gratiam Paracliti Spiritus ſumma religione invocata, idem Alexander VIII. auctoritate Domini Noſtri Jeſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ad honorem Sanctæ, & individue Trinitatis, exaltationem Fidei Catholice, & Chriſtiani nominis amplificationem, beatum Joannem a Capilſtrano Ordinis Fratrum Minorum Beati Franciſci, a regulari obſervantia nuncupatorum, de cujus virtutum, & prodigiorum magnitudine cumulate conſtiterat, una cum aliis beatis viris Laurentio Juſtiniano Confeſſore, & Pontifice, Joanne a Sancto Facundo, Joanne de Deo, & Paſchale Baylonio Confeſſoribus non Pontificibus, Sanctum Confeſſorem eſſe decrevit, & definivit in Sanctorum Confeſſorum Catalogum, & Canonem retulit, eundemque impoſterum in tota Eccleſia, tanquam vere ſanctum, colendum, invocandum, honorandumque ſancivit: ad ejus honorem Sacras ædes, atque Altaria, in quibus Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium Deo offeratur conſtrui, ac dicari, & quotannis X. Kalendas Novembres, quo die vir Sanctus obdormivit in Domino, illius memoriam ut Sancti Confeſſoris non Pontificis, pie recolere poſſe pronuntiavit. Mox Deum Patrem æternum, regemque Gloriæ Chriſtum Dominum ejus ſempiternum filium, Sanctumque paraclitum Spiritum in trinis perſonis unum Deum, & Dominum Alexander magna religione veneratus, & peculiari oratione per Joannis Confeſſoris merita precatus, cum ejus, & cæterorum

A Leone X. conceſſum fuit, ut ejus dies feſtus celebraretur.

A Gregorio XV. Beatorum ſanctiſ adſcriptus eſt.

Ab Alexandro VIII. nonnullis Europæ Principibus poſtulantibus, in Sanctorum ſanctiſ reſatus eſt una cum 4. aliis Beatis.

In componendis diſſidiis, & futurorum ſcientia clarus.

Epilcopali dignitate reculata, munus prædicandi Evangelium obivit.

Ejuſdem monitu decreta a Calilſto III. expeditione in Turcas; eodemque Crucis vexillum præferente, victoria reportata eſt.

Ejus Obitus 1446. & poſt ipſum miracula.

Causa hu-  
jus Constitu-  
tionis.

Promulgatio  
relatae Cano-  
nizationis.

Clausula.

commemoratione ad Aram Maximam supra Con-  
fessionem Beati Petri solemnem Missam celebra-  
vit, universis Christianis fidelibus, qui aderant tanta  
ceremonia plenariam peccatorum Indulgentiam,  
& remissionem largitus.

§. 8. Ne vero de hujusmodi Alexandri Papae  
VIII. Decreto Apostolico, definitione, sanctione,  
adscriptione, relatione, concessione, caeterisque  
praemissis, propterea quod ab eodem, aut ab ejus  
Successoribus Innocentio XII. Clemente XI. &  
Innocentio XIII. pia memoriae Romanis Ponti-  
ficibus Antecessoribus Nostri de more literae de-  
cretales conscriptae non fuerint, deinceps unquam  
possit quomodolibet haeritari; Nos, qui meritis  
licet imparibus disponente Domino, in Cathedra  
Beati Petri iisdem successimus, volumus, &  
Apostolica auctoritate statuimus, ut Decretum,  
sanctio, relatio, adscriptio, caeteraque haecenus  
recensita a jam dicta die XVII. Kalendas Novem-  
bres 1690. suum undequaque, & plenarium con-  
sequantur effectum, ac si ab eodem Alexan-  
dro VIII. literae Decretales revera eadem die  
conscriptae, & de more promulgatae fuissent, ut  
superius enarratur.

§. 9. Volumus autem, ut praesentes literae  
ad probandum Decretum, definitionem, san-  
ctionem, adscriptionem, relationem, statutum,  
concessionem, caeteraque praemissa ubique om-  
nino sufficiant, neque alterius cujuscumque pro-  
bationis adminiculum ad id amplius requiratur.  
Praeterea, quia difficile foret has nostras ad sin-  
gula loca, ubi opus esset, adferri, volumus, ut  
earundem exempla, etiam typis impressa, manu  
publici Notarii subscripta, sigilloque alicujus  
personae in dignitate Ecclesiastica constitutae mu-  
nita, eandem ubique fidem obtineant, quam  
haec Nostrae obtinerent, sicuti eas exhiberi, vel  
ostendi contingeret.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostri Decreti, definitionis, san-  
ctionis, adscriptionis, relationis, statuti, con-  
cessionis infringere, aut ei temerario ausu con-  
trahere. Si quis autem hoc attentare praesumpse-  
rit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Bea-  
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-  
verit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum anno Incarna-  
tionis Dominicae millesimo septingentesimo vige-  
simoquarto, Pridie Nonas Junias, Pontificatus  
nostri Anno Primo.

✠ EGO BENEDICTUS CATHOLICAE  
ECCLESIAE EPISCOPUS.



† Ego Franciscus Episcopus Praenestinus Cardinalis  
Barberinus.

† Ego Laurentius Episcopus Tusulanus Cardina-  
lis Corsinus.

† Ego Joseph Tit. Sanctae Praxedis Presbyter  
Cardinalis Sacripantes.

† Ego Philippus Antonius Tit. S. Ceciliae Presbyter  
Card. Gualterius.

† Ego Ludovicus Tit. S. Silvestri in Capite Presby-  
ter Cardinalis Picus de Mirandula.

† Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinae Presbyter  
Cardinalis Zondadari.

† Ego Petrus Marcellinus Tit. S. Joannis ante Por-  
tam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.

† Ego Melchior Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter  
Cardinalis de Polignac.

† Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo  
Presbyter Cardinalis Scottus.

† Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardina-  
lis Spinula.

† Ego Ludovicus Tit. S. Priscae Presbyter Cardinalis  
Belluga, & Moncada.

† Ego Josephus Tit. S. Susanna Presbyter Cardina-  
lis Pereyra de la Cerda.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Stephani in Monte  
Celio Presbyter Cardinalis Salernus.

† Ego Alvarus Tit. S. Bartholomaei in Insula Presby-  
ter Cardinalis Cienfuegos.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthaei in Merula-  
na Presbyter Cardinalis de Alteris.

† Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardina-  
lis Petra.

† Ego Prosper Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardina-  
lis Marefoschi.

† Ego Nicolaus Tit. S. Mariae in Domnica Presby-  
ter Cardinalis Coscia.

† Ego Benedictus S. Mariae in Via Lata Diaconus  
Cardinalis Pamphilius.

† Ego Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Dia-  
conus Cardinalis Imperialis.

† Ego Laurentius S. Agathae ad Montes Diaconus  
Cardinalis de Alteris.

† Ego Carolus S. Angeli in foro Piscium Diaconus  
Cardinalis Columna.

† Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Card. Origu.

† Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Car-  
dinalis Oliverius.

† Ego Carolus S. Mariae in Aquirio Diaconus Car-  
dinalis Marinus.

† Ego Julius S. Adriani Diaconus Card. Alberonus.

† Ego

† Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus  
Cardinalis Albanus.  
† Ego Nicolaus Tit. SS. Martyrum Diaconus Car-  
dinalis de Judice.

†  
†  
†  
†

P. Card. Prodatatus.  
F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia I. Archiepiscopus Ancyran.  
L. Martinectus.

IV.

Promulgatur Canonizatio B. Catharinæ a Bono-  
nia Clarissæ, jam antea a Clemente XI. San-  
ctarum Virginum albo adscriptæ.

*Similes sunt huic Constitutiones precedens, & se-  
quens. Peracta fuit Canonizatio an. 1712. Maji  
22. P. 12.*

Dat. 4. Junii  
1724. An. I.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.*

Exordium.

**R**ationi congruit, & convenit æquitati, ut  
quæ Romanus Pontifex in plenario conven-  
tu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium,  
Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episco-  
porum, unanimi eorum consilio communicato,  
sanxit, & definivit, licet postea ob ejusdem Pon-  
tificis obitum literæ Apostolicæ de his conscriptæ  
non fuerint, suum tandem consequantur effectum.

Expositio fa-  
cti, & vitæ B.  
Catharinæ.

§. 1. Jampridem piæ mem. Antecessor noster  
Clemens Papa XI. rem Apostolatu suo maxime  
dignam reputans, Dei famulis olim Christiania-  
rum virtutum perfectione excellentibus summos  
honores in Catholica Ecclesia decernere, post  
intellectam Sacræ Deo Virginis Beatæ Cathari-  
næ a Bononia Ordinis Minorum Beati Francisci,  
quæ Clarissæ appellantur, præclaram, & lauda-  
bilem vitam insignium quoque miraculorum fe-  
rie illustratam, quæ in Sanctis suis mirabilis  
Deus, per ejusdem suæ Virginis merita operari  
voluerat, justum, & summe decens existimavit,  
Dei electam ancillam, ut vere Sanctam, in Mi-  
litanti Ecclesia, secundum receptos Ecclesiæ Ro-  
mænæ ritus auctoritate sibi divinitus tradita,  
honorandam sancire, ejusque virtutes tanquam  
eximias, & præcellentes, omnibus Christianis  
imitandas proponere, ut ad summi Dei cultum  
ipsius exemplo se componentes, in necessitati-  
bus patronam, & deprecatricem apud Domi-  
num habere mererentur.

Ejus ortus  
1413.

§. 2. Anno Christi Domini 1413. 6. Idus Sep-  
tembris, Bononiæ primaria Beati Petri, atque  
Italiæ Civitate, unde huic Sacræ Virgini cogno-  
men adhæsit, ex Patre Ferrariensi, & Matre  
Bononiensi, non sine prodigiis, futuram ejus  
Sanctitatem præmonstrantibus, Catharina orta  
est. Ex Margaritæ Atestinæ aula, ubi triennium  
vixerat, ætatis suæ anno 14. Ferrariæ in Mona-  
sterium Corporis Christi sub Regula Ordinis Mi-  
norum Beati Francisci, quæ Clarissæ appellan-  
tur, Cælesti Sponso ancillatura, confugit, ubi  
omnium rerum humanarum, ut uni Deo vaca-  
ret, cogitatione deposita, ex humani generis  
hoste, orationis, & divinæ gratiæ clypeo mu-  
nita, Victrix semper evasit, immo ipsa, alias  
latine docta artem de eo triumphandi Italiæ ex-  
posuit, libro de septem spiritualibus armis inscrip-

Clarissarum  
Monasteriū  
ingreditur.

Librum  
quemdam  
conscriptit.

to, quod humilitatis Institutum ab se igni tradi-  
tum, mox novo Dei monitu iterum literis con-  
signavit. Tam coram vitæ innocentia se superis  
reddidit, ut Deus, qui arcana Cælestia, ei non  
semel patere voluit, eam pariter, sibi uni pro-  
pria scientia futurorum, instruxerit, qua præ  
ceteris patriæ suæ de hoste victorias, & Orienta-  
lis Imperii, ob Græcorum impietatem, & Schis-  
ma funestam cladem prænuñciavit.

§. 3. Piæ Virginis fama longe, lateque diffu-  
sa, patriæque Oratoribus Coloniam Sororum  
ejus sibi concedi flagitantibus; novum suæ Re-  
gulæ Monasterium excitatura; Bononiam Nata-  
tale solum, ire jubetur. Ad Ferrariensium tur-  
bas, discessum ejusmodi ægre ferentium, vitan-  
das, iter cum Oratoribus, sacrisque Beati Fran-  
cisci alumnis, noctu dispositum est. Catharina  
autem, uti erat viribus fracta, alienis brachiis,  
instar cadaveris, extra Monasterium, eduçta,  
mox ita convulsa, ut currum quo ad flumen  
Rhenum perducta est, sola, & nullius opis in-  
diga ascenderit. Bessaronem Basilicæ Duo-  
decim Apostolorum S. R. E. Presbyterum Cardi-  
nalem, Bononiæ pro Apostolica Sede Legatum,  
& Philippum Civitatis Episcopum, pariterque  
S. R. E. Tituli Sancti Laurentii in Lucina Presby-  
terum Cardinalem Calandrinum nuncupatum,  
nedum patriuni Senatorum, magnamque Civium  
frequentiam, Catharina, & reliquæ ei comites  
traditæ Sacræ Virgines obvios habuerunt. Ea-  
rum Collegii postmodum absoluti, Dei jussu  
præfecturam suscepit, socialque vere Sanctarum  
Virginum Chorum suæ pietatis exemplo constituit.

§. 4. Jam per annos duodeviginti variis, &  
multis ægritudinibus, vitæque incommodis Bono-  
niensem Virgineam, nihil omittentem, quod  
munus suum spectare videretur, Dominus exer-  
cuerat quum eam, quibusvis cruciatibus alacri-  
ter pro Deo tolerandis paratam, lethalis mor-  
bus invasit. Tunc pro charitatis æstu, quo sum-  
me flagrabat, nihil prius habuit, quam, ut So-  
roribus suis quasi ultimum vale dictura, æternæ  
salutis monita patefaceret, maximaque religio-  
ne susceptis Ecclesiæ Sacramentis, se, quod  
tamdiu anhelaerant, in divini Sponsi occursum  
ituram disposuit, sed toto Virgineum cœtu Deum  
exorante, ne filias merore confectas tantæ Ma-  
tris solatio viduaret, Catharina mentis excessum  
passa e læculo incolumis surgit, consuetoque  
præfecturæ muneri, ut antea obeundo sollicitam  
operam navat, anno, quo supervixit, diu, no-  
ctuque Christianis virtutibus toto pectore excol-  
lendis, unisque cælestibus, ad quæ non sine  
lacrymis adspirabat, meditandis intenta.

§. 5. Majoris hebdomadæ tempus advenerat,  
quum de more ablatis Sororum pedibus, semel,  
atque iterum vehementibus, & aptissimis ver-  
bis eas ad amorem Crucis hortatur, resolutionis  
suæ tempus instare vaticinata. Hoc tamen  
a Sororibus non statim animadversum, Catha-  
rina hilari vultu, vicinam mortem non indican-  
te, sed vitæ suæ cursum se consummasse dicenti,  
nuncius proximæ discessionis erupit. Mox acer-  
bis doloribus correpta decubuit, quibus forti  
animo toleratis, sumptisque miro pietatis studio  
Sacramentis, atque oculis in Crucifixi imaginem  
sæpe conversis, piissimos hymnos ab se compo-  
sitos recitavit. Sorori vices suas post dormitio-  
nem obituræ cæteras piæ Virgines intimo animi  
sensu commendavit, deque Cælestibus, & Chri-  
stianis rebus eas allocuta, post dulcem Sanctissi-  
mi Nominis Jesu iteratam invocationem, spiri-  
tum Deo reddidit 3. Idus Martias anno salu-  
tis 1463. ætatis suæ quinquagesimo.

§. 6. Defuncta longe pulchrior, quam viva,  
adulescentulam plane dormientem referre visa  
est. Post ejus animam in Cælum receptam, &  
corporeuli depositionem, multis illius patrocini-  
o apud Deum se commendantibus, quum duo

Futurorum  
scientia clara  
extitit.

Bononiæ no-  
vum Mona-  
sterium exci-  
tat, cui &  
præfuit.

Multa adver-  
sa valetudi-  
nis incom-  
moda diu  
æquo animo  
pertulit.

Supremum  
diem vatici-  
nata obiit  
1463. virtuti-  
bus omnibus  
prædita.

Signa ejus  
Sanctitatis  
post obitum  
cælitus edita.

A Clem. VIII. cultus publicus eidem Sanctæ Virgini una cum Indulgentiis concessus fuit, & a Clem. VIII. in Martyrologii tabulas relata.

de viginti dies effluxissent, incorruptum, & suam spirans odorem, sepulcro eruitur, septemque dierum spatio omnium undique confluxentium oculis exponitur, quod sedens instar viventis hætenus magno cum honore ibidem colitur.

§. 7. Felicis recordationis Antecessor noster Clemens PP. VII. annos septem, & sexaginta a Catharinæ decessu, sacri corporis incorruptionem, manu tractabilem, coram miratus Monasterii Sororibus facultatem indulgit, quotannis Catharinæ anniversarii obitus die recurrente sacras preces in ejus honorem ritu Ecclesiastico recitandi; tum diebus singulis inter horas canonicas ejusdem nomen commemorandi; Indulgentiam quoque eis concessit, qui penitentiam, & Eucharistiæ Sacramentis pie susceptis, sacram ædem, ubi Virgo Dei requiescit, annuo festo ejus inviserent. Postmodum ad sacras quoque Ferrarienses Virgines earumdem precum recitandarum facultas extensa est; tum Missa propria ad ejus honorem in Ecclesiis Sanctimonialium utriusque Civitatis, Sacerdotibus, qui eis essent a sacris Confessionibus, Apostolica largitate permiffa. Crescente Dei Ancillæ virtutum, & meritorum fama, inlytæ memoriæ Antecessor noster Clemens Papa VIII. nomen ejus in sacras tabulas Martyrologii Romani referendum curavit: Postea sedente alio Decessore nostro fel. me. Innocentio Papa X. ad alterius Decessoris Urbani Papæ VIII. Decretorum normam, de Catharina in Sanctarum Virginum Canonem referenda actum, deque omnium ejus virtutum perfectione in gradu summo plene constare, decretum est. Hoc felicis quoque memoriæ Innocentius Papa XI. Antecessor noster confirmavit, novaque miracula, quibus post permiffam ab Apostolica Sede Ancillæ suæ venerationem, Deus sanctitatem ejus patefecerat, auctoritate sua pariter comprobavit.

A Clem. XI. prædicta Beata Catharina Sanctarum Virginum albo adscripta est una cum tribus aliis Beatis.

§. 8. Hinc tandem factum, ut idem piæ me. Clemens Papa XI. universis, quæ ex S. R. E. disciplina, & ritu, Decessorumque nostrorum Pontificum Romanorum Constitutionibus Apostolicis, sacrisque Canonibus in Catharinæ eximii virtutibus, & miraculis examinandis, & comprobandis servanda erant, sancte servatis, magnæ solemnitatis diem Dominicam, Sanctissimæ Trinitati sacram XI. Kalendas Junias anni Dominicæ Incarnationis 1712. sui Pontificatus XII. futuram indixerit, qua Catharinam Sanctarum Virginum Canonem adscriberet, quod Reges, Principes, Virique insignes Ecclesiastici, & Seculares plurimis, & urgentissimis precibus ab Apostolica Sede antea flagitaverant. Clemens ergo indicta die in Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Basilicam magno apparatu descendit, ubi in plenario S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum conventu repetitis pro Beata Catharina in Sanctarum Virginum Canonem referenda humillimis ad Deum precibus, Sanctique Spiritus gratia enixe invocata, ad honorem Sanctissimæ, & Individuæ Trinitatis, Fideique Catholicæ amplificationem, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, totius ejusdem Conventus consilio, unanimique consensu, beatæ memoriæ Catharinam a Bononia de cujus Sanctitate, virtutumque, ac prodigiorum magnitudine plene constiterat, una cum Confessore, & Pontifice Pio Papa V., cæterisque Confessoribus non Pontificibus, Andrea Avellino, & Felice a Cantalicio, Sanctam pronunciavit, inque Sanctarum Virginum non Martyrum Canonem referendam esse decrevit, eandemque a cunctis Christianis, tanquam vere Sanctam, colendam, honorandam, invocandamque definivit, in ejus honorem sacras ædes, & Altaria, in quibus incrementum Sacrificium Deo offeratur, construere, ac dicari posse, & quotannis VII. Idus Martias, qua ad Cælestem Patriam evolavit, ejus memoriam, ut Sanctæ Virginis pie coli sancivit. Postremo gratis Deo cum exultatione actis, quod

Sanctam Virginem cum cæteris confessoribus in conspectu omnium gentium honorificasset, tamque insigni gloria Ecclesiam suam decorari voluisset, in ejusdem Virgini, Sanctarumque Confessorum laudem, solemni oratione cantata in ara maxime supra confessionem Beati Petri Apostolorum Principis cum eorumdem Sanctarum commemoratione Missæ Sacrificium celebravit, singulique Catholicis, qui aderant, plenariam omnium peccatorum Indulgentiam, & remissionem largitus est.

§. 9. Ne vero de hujusmodi definitione, & sanctione Apostolica, cæterisque præmissis, propterea quod super illis ab eodem Clemente, aut ab ejus Successore fel. mem. Innocentio PP. XIII. Decessoribus nostris, literæ decretales conscriptæ non fuerint, unquam possit in posterum quomodolibet hæsitari: Nos, qui utriusque, disponente Domino, licet immeriti, in Cathedra Beati Petri successimus, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, ut Decretum, definitio, sanctio, adscriptio, relatio, concessio, cæteraque hæctenus recentia a jam dicta die XI. Kalendas Junias Anni 1712. suum consequantur effectum, ac si super illis ab eodem Clemente revera literæ decretales eadem die conscriptæ fuissent, ut superius enarratur.

§. 10. Volumus autem, ut præsentibus literæ ad probandum Decretum, sanctionem, adscriptionem, relationem, statutum, concessionem, cæteraque præmissa, undequeque sufficiant, neque alterius cujuscumque probationis adminiculum ad id amplius requiratur.

§. 11. Præterea, quia difficile foret, has nostras ad singula loca, ubi opus esset, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impressa, manu publici Notarii subscripta, sigilloque alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munita, eandem ubique fidem obtineant, quam hæc nostræ obtinerent, sicubi eas exhiberi, vel ostendi contingeret.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri decreti, definitionis, sanctionis, adscriptionis, relationis, statuti, concessionis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millefimo Septingentesimo vigesimoquarto, Prædie Nonas Junias, Pontificatus nostri Anno Primo.

† Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus.

Causæ hujus Constitutionis.

Promulgatio Canonizationis B. Catharinæ.

Clausula.

† Ego Petrus Episcopus Sabinensis Card. Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius.  
 † Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corsinus.  
 † Ego Joseph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.  
 † Ego Thomas Tit. S. Mariæ Transyberim Presbyter Cardinalis Rufus.  
 † Ego Philippus Antonius Tit. S. Cæciliæ Presbyter Cardinalis Gualterius.  
 † Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. Clementis Albanus S. R. E. Camerarius.  
 † Ego Ludovicus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Picus de Mirandula.  
 † Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. de Via.  
 † Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondarius.  
 † Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.  
 † Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.  
 † Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.  
 † Ego Nicolaus Tit. Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.  
 † Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.  
 † Ego Ludovicus Tit. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.  
 † Ego Joseph Tit. S. Susannæ Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.  
 † Ego Joannes Baptista Tit. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Cardinalis Salernus.  
 † Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.  
 † Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthæi in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.  
 † Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.  
 † Ego Prosper Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Marefiscus.  
 † Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Dominica Presbyter Cardinalis Coscia.  
 † Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.  
 † Ego Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.

† Ego Laurentius S. Agathæ ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.  
 † Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.  
 † Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.  
 † Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis de Abbatibus Oliverius.  
 † Ego Carolus Sanctæ Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis de Marinis.  
 † Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.  
 † Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.  
 † Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

V I S A

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

L. Martinettus.

Reg. in Sec. Brevium.

Promulgatur Canonizatio B. Felicis a Cantalicio Ordinis Capuccinorum, olim a Clem. XI. in Sanctorum numerum adscripti.

Constitutio præcedens est huic similis. Uri & alia ed. 1726. Dec. 10. P. 3. Peracta fuit Canonizatio an. 1712. Maji 22. P. 12.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

RAioni congruit, & convenit æquitati, ut quæ Romanus Pontifex in plenario Conventu Venerabilium Fratrum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum unanimi eorum consilio communicato, sanxit, & definivit, licet postea ob eisdem Pontificis obitum literæ Apostolicæ de his conscriptæ non fuerint, suum tandem consequantur effectum.

§. 1. Recondendæ memoriæ Antecessor Noster Clemens PP. XI. ut frugescentem Christianorum pietatem ad Domini cultum accenderet, Servorum Dei exempla, qui virtutum magnitudine olim claruerant in summo Romanæ Ecclesiæ candelabro lucentia pro sua pastorali sollicitudine exponere statuit, Beatique Felicis a Cantalicio Ordinis Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, gestis omni præconio memorandis, & signis, quæ Deus ob ejus merita ediderat, in examen vocatis de illo Sanctorum fastis adscribendo providere cogitavit.

§. 2. Felix, ineunte Sæculo 16. circa annum Christi 1513. in finibus Reatinorum humili loco natus, ab ipsa adolescentia futuræ virtutis argumenta, in dies animum ejus ad summi Dei cultum excitantia, manifestavit. Literarum plane rudis, agrisque colendis deditus, ex sibi prælectis veterum Patrum gestis anterioris vitæ, quæ illi

V.

Dat. 4. Junii  
1724. Ad. 1.

Exordium.

Expositio facti, & Vitæ B. Felicis.

Ejus ortus 1513.

Cum Reli-  
gioni nomen  
desisset, mo-  
rum poenit-  
entia cla-  
rus exitit.

Ardentissi-  
mus in Eu-  
charistiam  
fervor.

Ejus nomen  
ab Urb. VIII.  
in tabulas  
Martyrologii  
relatum  
est.

A Clem. XI.  
Sanctorum

excellerant, amore captus, Institutum eorumdem Fratrum Minorum Beati Francisci, qui Capuccini appellantur, voto suo complendo aptissimum censuit, cui plurimo gaudio in Laicorum ordine nomen daturus, Romam ex Patria sua Cantalicio profectus est. Hic Religionem ingressus anno millesimo quingentesimo quadraginta tertio toti Urbi per quadraginta, & eo amplius annos summe Christianam morum innocentiam, & simplicitate, asperissimaque poenitentia, & vite genere se admirandum exhibuit. Rigidum sui Ordinis Institutum per omnia observasse nequaquam contentus, plurima alia ultro sibi servanda pro Dei amore, quo flagrabat, diu noctuque proposuit. Conscientiam viri Dei moderatores Dominici corporis sumptionem ter illi singulis hebdomadis peragere solito, per totos quindecim ante dormitionem annos, ob ejus ardentissimum charitatis fervorem, quotidianam divinam mensam perceptionem concedere, sanctum existimarunt: ad quam sine uberissimo lacrymarum imbre nunquam accessit. Lasso corpori nullam requiem indulsit, illud jejuniis praeter suam regulam, supraque communem usum sibi praescriptis, durisque flagellis castigans. Nudis pedibus per Urbem eleemosynas pro Fratribus reficiendis quotidie corrogaturus, incedere, ferreis quoque annulis ad lumbos praecinctus celebriores Urbis Basilicas obire consuevit; palam etiam visus cum Beato Confessore Philippo Nerio sui contentu, & humilitate certare. Vitae suae termino semel atque iterum praenunciato, visaque inter caelitem choros Deiparae Virginis, plenus dierum, & meritum in Cenobio ad radices Quirinalis sanctae, suaviterque spiritum Deo reddidit decimo quinto Kalendas Junias Anni millesimi quingentesimi octogesima secundi, tota Urbe ad Servi Dei cadaver in sacra aede expositum confluentem, per ejus preces divinam opem imploratura, vel ob jam acceptam per ejus merita, Deo grates actura. Ipsi quoque sanctae memoriae Antecessores nostri Romani Pontifices Sixtus V., & Gregorius XV., ut beati viri precibus se apud Deum commendarent, ad ejus sepulcrum invisendum palam accedere visi sunt.

§. 3. Tantae Sanctitatis fama Dei nutu in dies magis procedente, pia recordationis Antecessor Noster Urbanus Papa VIII., qui novam disciplinam ob Dei servos in Beatorum, & Sanctorum canonem referendos veteri addiderat, Beatum Felicem novae subesse noluit, ejusque virtutes ad receptam Sanctionem Apostolicarum normam cum miraculis ob ejus invocationem patefactis, rite probavit: servique Dei nomen in sacras tabulas Martyrologii Romani pontificio diplomate relatum est, Missa pariter, & Officio in Felicis honorem celebrari permittis. Postmodum per alios felicis memoriae Romanos Pontifices Antecessores nostros, Innocentium X., & Clementem XI. novis miraculis, quae post felicem beatorum numero adscriptum contigerant comprobatis, idem Papa Clemens Beatum Virum in Sanctorum Canonem statuta die referendum Apostolica auctoritate pronunciavit. Quare universis, quae ex sanctae Romanae Ecclesiae Constitutionibus, Ritibus, Canonibus, & Decretis, in Beati Felicis virtutum, & miraculorum examine, & approbatione agenda erant, sanctae peractis, idem Clemens magna solemnitatis diem Dominicam, Sanctissimae Trinitati sacram undecimo Kalendas Junias anni Dominicae Incarnationis Millesimi septingentesimi duodecimi, sui Pontificatus duodecimi, tanto actui & caeremoniae perficiendae futuram esse voluit: quem actum, omnium maxime solemnem, Regum, & Principum obsecrationes ab Apostolica Sede obsequentissime tanto antea poposcerant.

§. 4. Itaque Clemens praestituta die in San-

ctam Beatorum Petri, & Pauli Basilicam, magno apparatu, & celebritate processit: ubi in plenario Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum conventu, repetitis pro Beato Felice in Sanctorum Canonem referendo humillimis ad Deum precibus, & Paracliti Spiritus gratia enixe invocata, ad honorem sanctissimae, & individuae Trinitatis, fideique, & religionis Catholicae amplificationem, auctoritate omnipotentis Dei, Patris, Filii, & Spiritus Sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum; toto eodem conventu uno ore adprobante, & consentiente, beatae memoriae Felicem a Cantalicio, de cujus sanctitate, virtutumque Christianarum, & signorum magnitudine cumulate constiterat, una cum Confessore, & Pontifice, Pio Papa V. Confessore non Pontifice Andrea Avellino, Virgineque non Martyre Catharina a Bononia, Sanctorum Confessorum non Pontificum Canonum adscribendum esse definiit, eundemque Felicem Sanctorum Confessorum Canonum adscriptum deinceps ab universis Christianis, ut vere Sanctum ubique colendum, honorandum, invocandumque decrevit; in ejus honorem sacras aedes, & altaria, ubi incruentum sacrificium Deo offeratur, construi, & dicari; & quotannis decimo quinto Kalendas Junias, quo die obdormivit in Domino, solemnem ejus memoriam, ut Sancti Confessoris pie recolere posse sancivit.

§. 5. Denique gratis Deo cum exultatione actis, quod Sanctum Confessorem Felicem cum caeteris jam memoratis in conspectu omnium gentium honorificari, & militanter Ecclesiam tam insigni gloria decorari voluisset, in ejusdem Confessoris, & caeterorum laudem solemni oratione cantata in Ara maxima supra Confessionem Beati Petri Apostolorum Principis, una cum eorumdem Sanctorum commemoratione, Missae Sacrificium celebravit, singulisque catholicis, qui tantae caeremoniae intererant, plenariam peccatorum indulgentiam, & remissionem largitus est.

§. 6. Ne vero de hujusmodi solemni definitione, & Sanctione Apostolica, caeterisque praemissis, propterea quod de illis per eundem Clementem, aut ejus Successorem felicis memoriae Innocentium XIII. Decessores nostros literae decretales conscriptae non fuerint, unquam possit impostum quomodolibet haeritari; nos, qui utrique, disponente Domino licet immeriti, in cathedra Beati Petri successimus, volumus, & Apostolica auctoritate statuimus, ut decretum, sanctio, definitio, adscriptio, relatio, concessio, caeteraque haecenus memorata, a jam dicto die undecimo Kalendas Junas anni millesimi septingentesimi duodecimi suum consequantur effectum, ac si de illis ab eodem Clemente revera literae decretales eadem die conscriptae, & promulgatae fuissent, ut superius enarratur.

§. 7. Volumus etiam, ut praesentes literae nostrae ad probandum decretum, sanctionem, definitionem, adscriptionem, relationem, concessionem, caeteraque praemissa undequaque sufficiant, neque alterius cujuscumque probationis & solemnitatis adminiculum ad id amplius requiratur.

§. 8. Ceterum quia difficile foret, has nostras ad singula loca, ad quae opus esset, adferri, volumus, ut earumdem exempla, etiam typis impressa, manu publici Notarii subscripta, sigilloque alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munita, eandem ubique fidem obtineant, quam haec nostrae obtinerent, sicuti eas exhiberi, vel ostendi contingeret.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostri Decreti, definitionis, sanctionis, adscriptionis, relationis, statuti, & concessionis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indi-

numerus  
ejus omni-  
ne. & alio-  
rum trium  
Beatorum  
auctus est.

Causae hujus  
Constitutionis.

Promulgatio  
Canonizationis B. Felicis.

Clausula.

gnationem

gnationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV., pridie nonas Junias, Pontificatus Nostri Anno Primo.

✠ Ego Benedictus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.



† Ego Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Barberinus.

† Ego Petrus Episcopus Sabinensis Card. Ottobonus S. R. E. Vicecancellarius.

† Ego Laurentius Episcopus Tusculanus Cardinalis Corsinus.

† Ego Joseph Tit. Sanctæ Praxedis Presbyter Cardinalis Sacripantes.

† Ego Thomas Tit. S. Mariæ Transyberim Presbyter Cardinalis Rufus.

† Ego Philippus Antonius Tit. S. Cecilie Presbyter Cardinalis Gualterius.

† Ego Annibal Tit. S. Clementis Presbyter Cardinalis S. Clementis Albanus S. R. E. Camerarius.

† Ego Ludovicus Tit. S. Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis Pius de Miranda.

† Ego Joannes Antonius Tit. Sancti Calixti Presbyter Card. de Via.

† Ego Antonius Felix Tit. S. Balbinæ Presbyter Cardinalis Zondadarius.

† Ego Petrus Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presbyter Cardinalis Corradinus.

† Ego Melchior Tit. S. Mariæ Angelorum Presbyter Cardinalis de Polignac.

† Ego Bernardinus Tit. S. Petri in Monte Aureo Presbyter Cardinalis Scottus.

† Ego Nicolaus Tit. Sanctorum Nerei, & Achillei Presbyter Cardinalis Spinula.

† Ego Georgius Tit. S. Agnetis Presbyter Cardinalis Spinula.

† Ego Ludovicus Tit. S. Priscæ Presbyter Cardinalis Belluga, & Moncada.

† Ego Joseph Tit. S. Susanna Presbyter Cardinalis Pereyra de la Cerda.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Stephani in Monte Celio Presbyter Cardinalis Salernus.

† Ego Alvarus Tit. S. Bartholomæi in Insula Presbyter Cardinalis Cienfuegos.

† Ego Joannes Baptista Tit. S. Matthei in Merulana Presbyter Cardinalis de Alteriis.

† Ego Vincentius Tit. S. Onuphrii Presbyter Cardinalis Petra.

† Ego Prosper Tit. S. Chrysogoni Presbyter Cardinalis Marefusus.

† Ego Nicolaus Tit. S. Mariæ in Domnica Presbyter Cardinalis Coscia.

† Ego Benedictus S. Mariæ in Via Lata Diaconus Cardinalis Pamphilius.

† Ego Joseph Renatus S. Georgii in Velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.

† Ego Laurentius S. Agathe ad Montes Diaconus Cardinalis de Alteriis.

† Ego Carolus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Cardinalis Columna.

† Ego Curtius S. Eustachii Diaconus Cardinalis Origus.

† Ego Fabius SS. Viti, & Modesti Diaconus Cardinalis Oliverius.

† Ego Carolus Sanctæ Mariæ in Aquirio Diaconus Cardinalis Marinus.

† Ego Julius S. Adriani Diaconus Cardinalis Alberonus.

† Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diaconus Cardinalis Albanus.

† Ego Alexander S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Falconerius.

P. Card. Prodatarius.

F. Card. Oliverius.

V I S A

De Curia I. Archiep. Ancyranus.

L. Martinettus.

Reg. in Secr. Brevium.

Conceduntur Privilegia Conclavistis postremi Conclavis.

VI.

Eadem Privilegia concessa fuerunt ab Innocent. XIII. Const. ed. 1721., Maji 18., P. 1. Et a Clem. XII. Const. ed. 1730. Jul. 16., P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

U R B I S.

Motu proprio &c. Nos volentes dilectos filios Conclavistas, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia, ad Summi Apostolicarum apicem assumpti fuimus, Nobis, & Vene-

Dat. 4. Junii 1724. An. 1.

Causæ Indultæ.

Donati scut.  
10. mil. auri  
pro Concl.

Receptio in  
familiares.

Notarios.

Comites.

Cives.

Nobiles  
creat.

rabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ut familiares, & continui commensales infervientes interfuerunt; quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, & privilegiis pro cuiusque meritis exornare.

§. 1. Ipsosque Conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in Rolo, seu divisione subscripto, vel subscripta per dilectum filium Magistrum Gasparem de Carpineo Datarium nostrum, summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad nos spectant. gratiose donavimus, in veros, indubitatos, & non fictos familiares, & continuos commensales nostros, ac eos, qui ex illis Clerici existunt, seu militiae clericali adscribi desiderant, quosque tres hujusmodi Cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores, gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium Notariorum recipimus, & tam illos, quam alios Conclavistas singulos, qui singulatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aulae Lateranensis Comites, & Milites, & tam illos, quam omnes, & quoscumque alios Conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles quique Urbis, vel aliquis alterius, ex Civitatibus temporalis dominio eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis Cives esse voluerint, singulos in ea ipsa Civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem tribus Cardinalibus se admitti petierit, veros Cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros originarios, & antiquissimos, etiam nobiles, & participantes Cives ipsius Urbis, vel Civitatis: ita ut ipsum jus civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus; constituimus, deponamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium nobis actu in Palatio nostro Apostolico infervientium, ac in illius tinello comedentium, & bibentium, ac nostrorum, & Sedis prædictæ Notariorum Palatii, & Aulae prædictorum Comitum militum, & nobilium, ac civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris, & indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Nobilibus, Militibus, & Civibus deinceps haberi volumus, ac reputari mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, & literis, tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus, sed familiares continuos Commensales, nostrosque Comites, Milites, Nobiles, & Cives etiam originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessionibus, & literæ hujusmodi subreptionis vicio subiaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, & quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, antelationibus, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac iuribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, & Rocchetti Notariorum ipsius Sedis non deserant, Palatiique, & Aulae prædictorum Comites, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi Cives ejusdem Urbis vel Civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, & cive

originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad affectualem quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per quascumque literas, seu Constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, & extra sine tamen eorundem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite, valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiam in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vere nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionibus, indulta, & jura, quæ pro aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, & in eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competere, auctoritate, & tenore similibus indulgemus.

§. 2. Vosque Conclavistas prædictos a solutione, & exactione decimarum, & cuiuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, & cuiuscumque oneris tam ordinarii, quam extraordinarii ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerumpublicarum etiam Veneriarum, & aliorum quorumcumque Principum, impositorum, & imponendorum pro tempore, ex nunc prout ex tunc, & e contra, & postquam casus hujusmodi impositionis, & solutionis venerit, liberamus, & eximimus, liberisque, & exemptos fore, & esse decernimus; districtius inhibentes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerario, Thesaurario, Præsidentibus Clericis, ac quibuscumque aliis Officialibus Camera prædictæ, & Exactoribus pedagiorum, decimarum subsidii, gabellarum, & onerum hujusmodi, ac aliis personis, cuiuscumque Ecclesiasticæ, vel secularis dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumve usu, possessione, vel quasi directæ, vel indirectæ quovis quæstro colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quomodolibet præsumant.

§. 3. Necnon omnes eosdem Conclavistas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quas quomodolibet propter contraventiones contentorum in Constitutionibus super creatione Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quomodolibet incurrerunt in foro conscientie tantum absolvimus, & liberamus, ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte sint omnium provisionum, beneficiorum, dignitatum, ac permutationum eorundem Conclavistarum tam ex multiplicitate titularum, ac ob incursum eorum quorumcumque censurarum, & irregularitatis, quam alias, ex quavis causa provenientem, sanamus, ac hujusmodi provisiones vigore eorum privilegiorum in foro conscientie tantum, perinde ac si novas provisiones obtinissent, revalidamus, & quatenus opus sit, omnibus, & singulis eorum de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura, & sine cura beneficiis Ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, & nuncupatis etiam cuiusvis Ordinis Regularium per eos respective obtentis, de novo etiam respective providemus, ac omnes, &

Exemptio a  
gabellis, de-  
cimis, & oneribus.

Absolutio a  
censuris.

singulas

lingulas pensiones eis, & eorum singulis super quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, & nuncupatorum etiam alicujus Ordinis Regularium fructibus &c. respective reservatas similiter de novo reservamus.

Remissio  
fructuum ma-  
joribus percep-  
torum.

§. 4. Ipsisque Conclavistis, eorumque singulis quoscumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, Canonicatum, & prabendarum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum quorumcumque, & quarumcumque pensionum annuarum ipsis, & eorum cuilibet collatorum, & reservatarum, tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, & occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum Canonicarum indelitate perceptos cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate, & irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, dummodo tamen non in contemptum Clavium celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint; quodque illa, & aliis praemissis non obstantibus ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines, alias rite, & dummodo nullum aliud alicui eorum obstat Canonicum impedimentum promoveri, & in illis, & in susceptis per eos alias rite Ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare etiam libere, ac licite valeant, dispensamus.

Legitimatio  
illegitimorum.

§. 5. Ac eosdem Conclavistas, si qui eorum defectum natalium patiantur, ex quocumque damnato, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & viribus feminis forsitan procreati sint, etiam si alias legitimati existant, legitimamus, omnemque ab illis genituram hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, & cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, aliorum Consanguineorum, seu Cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen praedictis venientium ab intestato, vel ex fideicommissis, seu alias de jure valida dispositione, & praeterquam in bonis Ecclesiasticis, & ab Ecclesia provenientibus, succedere, & illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad aequales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testamento, vel ab intestato hereditates, legata, libertates restituendo, realiter, & cum effectu, ac ad dignitates, honores, & quaecumque alia officia saecularia publica, vel privata etiam assumi, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstant. si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ut Clericali characterem, qui illo nondum insigniti sint, insigniti, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, si nondum ad illos promoti sint, promoveri, ac postmodum characterem, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris ministerio ministrare, ac quaecumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si personatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiarum, vel earum perpetuae Vicariae, ac Canonicatus, & praebendae, dignitates, non tamen majores post Pontificalem in Cathedralibus, aut principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicis conferantur, aut ipsi eligantur, praesententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quae a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vixerint, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

§. 6. Quodque omnes, & quaecumque gratiae, provisiones, commendae, & quavis aliae litterae Apostolicae provisionum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum hujusmodi, prout nostris Familiaribus continuis commensalibus, gratis dentur, concedantur, & expendantur, ac etiam litterae ipsae in forma Brevis, tam de capienda possessione nomine dictae Camerae Apostolicae, quam alias uti illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis dentur, concedantur, & expendantur; ac dari, concedi, & expediti omnino debeant, etiam praecipimus, & mandamus.

Expedio  
litterarum  
Apostolicarum  
gratis.

§. 7. Ac Conclavistas praedictis, qui S. Joannis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiae regularis etiam expresse professi sunt, ut etiam si ab eorum conventu absentes existant, dum tamen quinquennalem, seu aliam debitam residentiam in conventu fecerint, & consueta servitia praestiterint quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum, & quarumvis pensionum, & commendarum eorum militiae, seu Religionis capaces existant perinde, ac si in eadem militia, seu Religione antianitatem de justitia consecuti fuissent similiter indulgemus. Eisdemque Conclavistis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, vel Cathedralium, seu duarum insignium Urbis Collegiatarum Ecclesiarum, aut personae aliae quaecumque Ecclesiasticae in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligent, seu eligenda quaecumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscumque fructibus, redditibus, proventibus, juribus, & obventionibus, & emolumentis universis, certis, & incertis quarumcumque mensurarum Episcopatum, Archiepiscopatum, & Abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, & mercedis Dignitatum, Canonicatum, & Praebendarum, ceterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum; etiam per praedicta S. R. Ecclesiae Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum cum cura, & sine cura saecularium, & quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiam si semel, vel pluries translatae, seu translatae fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de Camera similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, & postquam cassae, & extinctae fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus hujusmodi usque ad summam praedictam uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis, vel etiam clericali characterem tunc temporis nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc prout postquam dicto characterem rite insigniti fuerint per eosdem Conclavistas, & eorum singulos nominan. etiam quaecumque, quodcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus alias tamen pensionum capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis eisdem modo & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatae, seu reservati erant etiam absque beneficiis ipsa obtinentium consensu integre persolvendas, ac per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, & levandas, aut percipiendos, exigendos, & levandos, reservare, constituere, concedere, & assignare valeant; praefatique translatarii in quasi possessione dictas pensiones exigent. in qua ipsi Conclavista tempore translationis per eos praesentium vigore facien. existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus pariter, & indulgemus. Etiam si

Concessio  
antianitatis  
Equitibus  
Hierosolymitanis  
seu alterius  
militiae.

similem

similem gratiam a Prædecessoribus nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, tam vigore aliorum Privilegorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, vel concessas esse volumus, itaut quilibet eorum cumulative, & ampliative prædictis facultatibus præsentibus, & præteritis privilegiis, hac in re concessis, uti, & frui possint.

Ampliatio.

§. 8. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum hujusmodi, ut præfertur facien. ex nunc prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia super quorum fructibus, redditibus, proventibus, aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvere, efficaciter obligatos fore: Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuilibet super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis etiam Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis etiam a prædictis S. R. E. Cardinalibus obtentis, & ut præfertur obtinendis, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum parium pro quolibet nunc, & pro tempore reservatorum, & reservandorum habitum, & tonsuram Clericales gestare, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum penas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones ad prædictam summam ducatorum ducatorum ascenden., & reservatas, ut præfertur, etiam si matrimonium jam contraxerint, vel posthac contrahere voluerint, cum unica tamen, & virgine recipere, & libere retinere.

Exemptio a spoliis, &amp; facultas testandi.

§. 9. Postremo, quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas, & eorum quemlibet spectant, & per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canoniciatum, & præbendarum, ac dignitatum quarumcumque alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen ac alias licite acquisita, & acquirent. etiam in Urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant: sed Conclavistæ prædicti etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam prædicti S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiam si Curiales esse deserint, & in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, & alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere, libere, & licite valeant simili modo concedimus, & indulgemus, præcipientes, mandantes eisdem S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Camerae nostræ prædictæ, & quibusvis aliis spoliatorum hujusmodi Collectores, & Subcollectores, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Prioribus, & quibusvis aliis personis, tam secularibus, quam regularibus cujuscumque gradus, status, ordinis, & præminentiae, etiam si speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum Conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant. Ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, & codicillorum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi facien. semper, & perpetuo validas, & efficaces fore.

§. 10. Nec eosdem Conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem motum proprium, seu literas super præsentibus, si videbitur conficien. in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illum, seu illas etiam si motus proprius, & literæ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admittus, & registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus fortiri debere; ac Motum proprium, & literas hujusmodi, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, & Constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoris, vel quæ eas limitarent, seu moderarentur, quæ a nobis, & a dicta Sede, & pro tempore, & de quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hæctenus, vel in posterum emanaverint minime comprehensum, vel comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, & eas in pristinum statum restitutum, repositum, & reintegratum, seu restitutas, repositas, & reintegratas esse censeri.

Ab insinuatione, in Camera.

§. 11. Et insuper cum dilectus filius Abbas Joannes de Spinosa Vicarius clericus Toletan., seu alterius Civitatis, vel Diocesis, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator, in præmissis sedulam pro eis operam navaverit, propterea, & aliorum meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & dictæ Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus, & gratiis prosequi, eidem Joanni, licet ipse in Conclavi prædicto non intervenerit, nihilominus omnibus & singulis prædictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis (non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri hujusmodi per nos ut supra dictis Conclavistis donatorum, & inter eos, ut præfertur distributorum, seu distribuendorum) tanquam Conclavista frui, & gaudere, & libere, & licite possit, & valeat, perinde, ac si Conclavi hujusmodi vere, & realiter interfuisset, Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque supra dictis, & aliis contrariis nequaquam obstant. motu, scientia, & auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus. Sicque per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet in quavis causa aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, irritumque &c. attentari.

Comprehensio procuratoris in privilegiis.

§. 12. Et insuper Venerab. fratri nostro Francisco Ostien. & Velitren. Cardin. Barberino nuncupato ejusdem S. R. E. Vicecancellario, & Literarum Apostolicarum Summatori, necnon dilectis filiis Secretariis Apostolicis, Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus, ad quos literarum prædictarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat & pertinet, sub pena indignationis nostræ Motu simili, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut prædictas literas super præmissis omnibus, & singulis tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessæ fuerunt, ac seorsim, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis concessis gratis etiam quoad compositionem in Dataria nostra, & per eandem viam secretam absque alio mandato expédiant, & expédiri faciant. Insuper omnia, & singula privilegia, gratias, & concessionem eisdem Conclavistis, & eorum cuilibet a diversis Summis Pontificibus Prædecessoribus Nostris huc usque concessa, motu,

Expeditio gratiola, &amp; per viam secretam.

scientia,

scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

Derogatio  
contrario-  
rum

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero etiam si ad illum non sit devenum, ac Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de præstan. consensu in pensionibus, & fel. record. Pii Papæ V. de similibus, & dissimilibus gratis in d. Camera infra tres menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, necnon Pictavien. Concilii, ac Nostris, & Cancellariæ prædictæ regulis, etiam in crastinum dicte Assumptionis Nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, ac etiam in Universitatibus, & Provincialibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, ac aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum Cameræ prædictæ, & quarumvis Universitatum etiam jramento &c. roboratis, statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, & decretis, & novis reformationibus, etiam legibus tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, ac sacris Canonibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis juribus omnibus, quibus omnibus &c. etiam si de illis &c. eorum tenores &c. illis alias &c. permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse motu pari derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio V. M.

**E**T cum absolute a censuris ad effectum &c. & quod obstantia etiam beneficiis Conclavistarum, & ab eis subrogati hujusmodi, & dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel in parte exprimi possint in literis, & in casibus regulæ de infirmitate. cum opportuna illius necnon alterius regulæ de non tollen. jure quæsto derogatione, & quarumcumque aliarum Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum etiam generalium, & statutorum, ac privilegiorum, populi Romani, & Cluniacen. Cisterciens. S. Benedicti, S. Augustini, & aliorum Ordinum, & Militiarum etiam S. Joannis Hierosolymitani, & Ecclesiarum, Monasteriorum, Civitatum, & locis, & personis, & dominis temporalibus sub quibuscumque verborum formis, ac cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis, etiam consistorialibus, etiam contra alienigenas, & alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores &c. latissime, ac de verbo ad verbum, prout ipsis Conclavistis magis placuerit exprimi possint, & cum suspensione quarumcumque gratiarum, indultorum quibusvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia ecclesiastica etiam reservata ad eorum collationem &c. pertinentia, & in omnibus, aut certis expressis casibus quomodolibet concessis latissime extenden. ita ut omnia tollantur, & quod sola præsentis Motus proprii signatura sufficiat, & ubique fidem faciat, in iudicio, & extra, regula contraria non obstat. & quod præmissorum omnium, & singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, dero-

gationum major, & verior specificatio, & expressio fieri possit in literis si videbitur, in quibus singulorum Conclavistarum nomina, & cognomina, qualitates, ordines, gradus, Dioc. patria, & cætera requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint inter eos Sacrista, & Magistri Cæremoniarum Capellæ Nostræ, necnon Secretarius Collegii eorumdem Cardinalium, & cæteri alii in notula per ipsos Magistros Cæremoniarum facta, & descripta adnotati, & descripti, si alias ad pensiones, & beneficia hujusmodi habiles, & capaces fuerint, comprehendantur, & adnotentur simul, vel ad partem etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

§. 14. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conscribendarum, seu præsentis Motus proprii transumptis impressis, & sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis, eadem fides tam in iudicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, seu præsentis Motui proprio originali adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret.

FIAT V. M.

Datum Romæ apud S. Petrum Prædicte Nonas Junii Anno Primo.

*Nomina autem ipsorum Conclavistarum sunt hæc quæ sequuntur.*

**R**everendissimus D. Fr. Augustinus Nicolaus de Abbatibus Oliverius Pisarenis Episcopus Porphyrentis Sacrista.

R. P. D. Dominicus Rivera Urbinas Protototarius Apostolicus de numero Participantium Supranumerarius, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Canonicus, ac Sac. Collegii Secretarius.

Joannes Baptista Gamberucci Presbyter Romanus, ejusdem Basilicæ perpetuus Beneficiatus. Ignatius Reali Presbyter Romanus, ejusdem Basilicæ pariter perpetuus Beneficiatus.

Franciscus Bolla Presbyter Novocomensis, Canonicus insignis Collegiæ S. Mariæ ad Martyres.

Venantius Philippus Piersanti Presbyter Camerinen. prædictæ insignis Collegiæ Canonice. Placidus Eustachius Ghezzi Presbyter Romanus memoratæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Clericus Beneficiatus: Magistri Cæremoniarum.

Nicolaus Coscia Presbyter Beneventanus, J. U. D. Abbas insularum, Archipresbyter Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ, ejusdemque Civitatis Nobilis. Nicolaus Xaverius Sancta Maria J. U. D. Presbyter Mansionarius prædictæ Metropolitanæ, & Nobilis ejusdem Civitatis, nostri, dum Cardinalatus honore fungebamur.

Abbas Carolus Antonius de Ambrosiis Clericus Anagninus. Joseph Lamblotte Laicus Namurcen. Dioc. eisd., Franciscus Bassius Camerinen. Sebastiani Antonii Episcopi Ostiensis Tanara.

Abbas Laurentius Pius Bonfius Clericus Florentinus. Deodatus Fallii Laicus Leodiensis. Francisci Episcopi Tusculani Judice.

Livius Guarinus Laicus Foroliviensis. Bartholomæus Fantinus Laicus Mutinensis Fabritii Episcopi Albanensis Paulatii.

Comes Joannes Troglioni Clericus Anconitanus. Urbanus Petrecca Presbyter Isernien. Diocesis. Petrus Dalmatius Laicus Vicentinus Francisci Episcopi Sabinensis Pignatelli.

Franciscus Velli Presbyter Prænestinus præfatæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Clericus Beneficiatus. Petrus Cheller Clericus Amburgensis. Francisci Episcopi Prænestin. Barberini. Ven. Fratrum nostrorum Episcoporum S. R. E. Cardinalium.

Transumptio-  
rum fides.

Petrus Ubaldus Dionysius Clericus Ariminen. Joseph Beltramius Presbyter Florentinus. Marcus Mittrarellius Laicus Civitatis Ducalis. Jacobi tituli S. Mariæ in Via Boncompagni.

Comes Philippus Rainaldus a Turre Presbyter, & Abbas Albenfis Eques Commendatarius, & Receptor S. Religionis SS. Mauriti, & Lazzari. Jacobus Antonius Carpanus Presbyter Derthonensis Canonicus Collegiata Fini Comen. Diocesis. Alexander Joannes Andreazzini Laicus Romanus. Joseph tit. S. Praxedis Sacripantes.

Abbas Jacobus Leoni Presbyter Segninæ Diocesis. Joseph Maria Cardoni Laicus Lucentis, Laurentii tit. S. Petri ad Vincula Corfini.

Antonius Aga Presbyter Romanus. Andreas Capanella Laicus Balneoregionensis. Franciscus Maria Serra Laicus Romanus. Francisci tit. S. Cæciliæ de Aquaviva.

Abbas Bartholomæus Castellus J. V. D. Clericus Interamnenfis. Laurentius Foschi Clericus Diocesis Albanensis. Joannes Maria de Speranzinis Clericus Ælinus. Thomæ S. Mariæ Transtiberim Ruffi.

Petrus Antonius Ventura Presbyter Camerinensis, Canonicus insignis Collegiata S. Mariæ in Via Lata. Nicolaus Carignani Clericus Lucentis. Horatii Philippi tit. S. Honuphrii Spada.

Maturinus Jacquin Laicus Parisiensis. Antonius Lori Laicus de Prato Diocesis Afulan. Philippi Antonii tit. S. Chrisogoni Gualterii.

Paris Ignatius Fuiten, Presbyter Tridentinus. Carolus de Rubeis Clericus Romanus. Bartholomæus Isola Laicus Januensis. Josephi tit. S. Mariæ Angelorum Vallemani.

Michael Angelus Magnoni Presbyter ex Diocesi S. Miniati. Petrus Canevari Laicus Romanus Caroli Augustini Fabroni.

Comes Livius Adrianus Presbyter J. V. D. Collegiatus Patavinus. Petrus Cleton Clericus Romanus. Petri tit. S. Marci Prioli.

Abbas Joannes Baptista Rondoni Presbyter Bononienfis. Abbas S. Joannis de Liverniano S. Theologie Doctor, & perinsignis Collegiata Basilicæ S. Petronii Bononiæ Canonicus. Jacobus Philippus Lazzari laicus Bononienfis. Ulyssis Josephi tit. S. Crucis in Hierusalem Gozzadini.

Michael Angelus Paoli Laicus Pisaren. Medicus. Franciscus Blancus Laicus Vitellianensis. Annibalis tit. S. Clementis Albani, Cardinalis S. Clementis nuncupati.

Joseph Castellucci Presbyter Civitatis Potentia. Joseph Cardini Laicus Aretinus. Joannes Baptista Innocenti Laicus Sabinen. Diocesis. Ludovici tit. S. Silvestri in Capite Pici.

Antonius Leprotti Physicæ, & Medicinæ Doctor Laicus Bononienfis. Joannes Andreas Srachini Laicus de Bonifacio Januen. Cæsar Laurentius Monte Maggi Presbyter Ariminen. Joannis Antonii tit. S. Calixti de Via.

Abbas Joseph Mombelli Presbyter Papiensis. Hieronymus Descalzi Laicus Romanus. Petrus Mangiagallo Laicus Mediolanen. Augustini tit. S. Mariæ de Populo Cufani.

Abbas Joannes Baptista Malpeli Clericus Faventina Diocesis. Franciscus Antonius Perfelder Laicus Viennensis in Austria. Julii tit. S. Laurentii in Pane & Perna Piazza.

Abbas Ludovicus Anguisciola Clericus Placentinus. Ludovicus de Grandis Laicus Venetus. Antonii Felicis tit. S. Balbinæ Zondadarii.

Joannes Petrus Querenghi Clericus Anconitanus J. V. D. Thomas Puccettus Presbyter Romanus. Joannis Baptista tit. S. Mariæ in Araceli Bussi.

Thomas Ceccotti Clericus Reatinus. Franciscus Maria Lucca Laicus Romanus. Petri tit. S. Joannis ante Portam Latinam Corradini.

Joannes Vivant Presbyter Parisinus, Doctor

Sorbonicus, Decanus Regalis, & Collegiata Ecclesiæ S. Germani Parisiis, ac Metropolitanæ Ecclesiæ Canonicus Honorarius. Bassilius Laurentius le Barbier Clericus Parisiensis Prior Commendatarius S. Roberti d'Andri Dioc. Antistodorenfis. Francus Sordini Laicus Florentinus. Armandi tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio de Rohan.

Dominicus Nicolai Presbyter Terræ Arcidoxi Clusina Diocesis. Philippus de Romanis Laicus Romanus. Joannis Baptista tit. S. Stephani in Monte Cælio Ptolomæi.

Ferdinandus Antonius Campeggi Presbyter Bononien. Cajetanus Bononi Laicus Novocomenfis. Benedicti tit. SS. Nerei, & Achillei Odefcalchi.

Ludovicus Guido Guerin. de Vaureal Presbyter Senonenfis Doctor Sorbonicus. Fridericus Hieronymus de Roye de la Rochefoucault Diaconus Parisiensis, sacrae facultatis Parisiensis Licentiatus Theologus, Abbas B. Mariæ de Belloportu, & S. Romani de Biavia. Petrus Julien Laicus Diocesis Agathensis. Henrici tit. SS. Quirici, & Julitæ de Biffi.

Felix Rosapepe Presbyter Avellina Diocesis Canonicus Averfanus. Jacobus Philippus Verde Presbyter Albinganensis Diocesis. Bernardinus de Benedictis Clericus Conjugatus Spoletanus. Innici tit. S. Thomæ in Parione Caraccioli.

Carolus Thomastus Clericus Conjugatus Patritius Anconitanus. Nicolaus Corbellus Laicus Romanus. Bernardini tit. S. Petri in Monte Aureo Scorti.

Abbas Hieronymus Cardoni Presbyter Lucentis, Basilicæ Principis Apostolorum perpetuus Beneficiatus. Joseph Trifelli Laicus Romanus. Joannis tituli SS. Quatuor Coronatorum Patritii.

Comes Joannes Fabius Braschi Clericus Cæsenatenfis J. V. D. Ludovicus Mosconus de Marfciano Clericus Perusina Diocesis. Nicolai tit. S. Sixti Spinula.

Abbas Hieronymus Franciscus Crivelli Presbyter, & Nobilis Civis Mediolanensis. Angelus Dominicus Federici Presbyter Novariensis Gilberti tit. S. Alexii Borromei.

Abbas Ubaldus Petrucci Clericus Romanus. Franciscus Xaverius Reffi Laicus Mediolanensis. Georgii tit. S. Agnetis Spinulæ, Cardinalis S. Agnetis nuncupati.

Abbas Didacus Mauri Clericus Neapolitanus. Laurentius Ratta Clericus Ferraricus. Cornelii tit. S. Hieronymi Illyricorum Bentivoli.

Abbas Marcus Antonius Campana Presbyter Brixienfis J. V. D. Joannes Dianelli Clericus Conjugatus Cænetensis. Joannis Francisci tituli SS. Petri, & Marcellini, Barbadii.

Abbas Joseph de Saporitis, & Sarrano Presbyter Hispanus Gadicensis Sacrae Theologiæ, & J. V. D. ex Marchionibus de Castro Zolafchi. Joseph Rosati Laicus Interamnenfis. Ludovici tituli S. Mariæ Transpontina Bellugæ.

Joannes Alvares a Costa Ulyssiponenfis, Eques militaris Ordinis Jesu Christi, in utroque jure graduatus. Comes Antonius Sartonus Clericus Ariminen. Emanuel Rubelo Laicus Lusitanus Diocesis Colimbrien. Josephi tit. S. Susannæ Pereyra.

Philippus Hortensis Fabri Clericus Conjugatus Romanus. Antonius Fridt Laicus Bohemus. Joannis Baptista tit. S. Priscæ Salerni.

Joseph de Ochoa Hispanus Laicus Diocesis Pampilonensis. Anielus Nipho Laicus Neapolitanus. Joannes Joseph Safforcada Hispanus Laicus Cæsaraugustana Diocesis. Caroli tit. S. Pudencianæ Borgia.

Josephus Emigdius Grassi Afulanus Eques Hierosolymitanus. Franciscus Galante Presbyter

ter Toletanus. Joannes Fernandez Laicus Ovetensis Alvari tit. S. Bartholomæi ad Insulam Cienfuegos.

Abbas Aloysius Pagni Clericus Senensis. Franciscus Maria de Fabiis Laicus Romanus. Bernardinus Tarozzi Laicus Romanus. D. Bernardi Mariæ tit. S. Bernardi de Comitibus Presbyterorum S. R. E. Cardinalium.

Carolus Casanova Presbyter Vintimiliensis. Augustinus Lupacchioli Clericus Conjugatus Civitatis Castellane Diœcesis. Franciscus Titii Laicus Segninæ Diœcesis. Benedicti S. Mariæ in Via Lata Pamphili.

Joannes Antonius Coltrolini Clericus Conjugatus Romanus J. U. D. Regii, & Militaris Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, ac S. Lazari Hierosolymitani Eques. Alexander Perazzoli Laicus Neapolitanus. Petri S. Laurentii in Damaso Otthoboni.

Abbas Lucas Nicolans Recchi Clericus Ripanus. Joannes Argenti Laicus Romanus. Josephi Renati S. Georgii Imperialis. Andreas Jannesi Laicus Prænestinus. Petrus Buccardus Laicus Romanus. Laurentii Sanctæ Agathæ Gothorum de Alteris.

Abbas Christophorus Venturelli Clericus Amerinus. Joannes Labufera Laicus Romanus. Caroli S. Angeli in Foro Piscium Columnæ.

Ubaldu Monacelli Presbyter Eugubina Diœcesis. Carolus Gessi Laicus Urbinas. Curtii S. Eustachii Orighi.

Carolus d'Orleans Rothelin Presbyter Parisinus Sacræ facultatis Parisiensis Doctor Theologus. Claudius Ludovicus de la Chastre Presbyter Parisinus, Sacræ facultatis Parisiensis Licentiatus Theologus, Abbas S. Michaelis de Ulteriori portu Diœcesis Rothomagensis. Dionysius le Blond Clericus Diœcesis Venetiarum Prior Commendatarius Montis Desiderii Ordinis Sancti Benedicti Diœcesis Ambianensis. Melchioris Cardinalis de Polignac.

Comes Bonaventura Antonelli Laicus Eugubina Diœcesis. Joannes Antonini Laicus Romanus. Fabii SS. Viti, & Modesti Oliverii.

Leo Dulcius Clericus Montis Falisci Sacræ Theologiæ, ac J. U. D. Abbas Joseph Ferdinandus Bilancinus Clericus Montis Falisci J. V. D. Caroli S. Mariæ in Aquiro de Marinis.

Comes Philippus Anguisciola Clericus Placentinus. Carolus Angelettus Laicus Romanus. Julii Cardinalis Alberoni.

Antonius Baldanus Clericus Romanus. Franciscus Baccius Laicus Balneoregionensis. Alexandri S. Mariæ in Cosmedin Albani. Diaconorum S. R. E. Cardinalium.

Confessarius. Fr. Antoninus Seraphinus Camarda Messanenſis Ordinis Prædicatorum.

Subsacrista. Fr. Magister Fridericus Amadeus Urbevitanus Ordinis Eremitarum S. Augustini.

Custos Fontium. Abbas Nicolaus Xaverius Albinus Beneventanus, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe Canonicus, Custos Fontium, & Aquarum Conclavis.

Sacrista. Abbas Joannes Franciscus de Valentinis Presbyter Verulanæ Diœcesis cum prædicto Reverendissimo Episcopo Porphyriensi, Sacrista.

Auditores in Secretaria. Abbas Joseph Levizzani Clericus Mutinensis cum præfato R. P. D. Rivera Sac. Collegii Secretario.

Jacobus Curtius Laicus Urbinas cum dicto Fr. Magistro Amadeo Subsacrista.

Medici. Joannes Thomasi Messanenſis: Joannes Baptista Nucarini Fulginas, Medici Physici.

Chirurgi. Victorius Maffinus Florentinus.

Jacobus Manfuetus Romanus Aromatarius.

Jacobus Antonius Bosius Mantuanus Patricius de Henricis Arpinas, ejus auxiliatores.

Barbitonfores. Joseph de Ambrosiis Romanus. Philippus Roberti Romanus Barbitonfores. Joannes Marcellus

Golt Germanus Colonien. Diœcesis. Petrus Colarelli Romanus, eorum auxiliatores.

Joseph Tondi Faber lignarius. Franciscus Alfieri Faber Cæmentarius.

Franciscus Mossius a Morbegno Novocomenſis Diœcesis, Famulus Magistrorum Cæmoniarum.

Petrus Tomasi.

Joannes Antonius Stendardi.

Petrus de Franceſchi.

Remigius Valena.

Andreas Juliani.

Joannes Togniaci.

Joseph Borfotti.

Constantinus Cichelli.

Basilius Grimaldi.

Franciscus Barberi.

Joseph Pichignò.

Antonius Massi.

Paulus de la Bitra.

Cajetanus Corallo.

Joannes Baptista Guldoni.

Philippus Mezzarota.

Joannes Petrus Giorgi.

Gregorius Crivelli.

Augustinus Bianchetti.

Carolus Galli.

Petrus Valeno.

Dionysius Sabbatini.

Paschalis Idetti.

Joseph Canillis.

Antonius Agniolucci.

Nicolaus Solari.

Joannes de Sanctis.

Paschalis Guardi.

Bernardinus Scaletta.

Remigius de Bernardis.

Joseph Albonetti.

Joannes Baptista Ricci.

Angelus Pozzi.

Franciscus Zavaglia.

Joseph Bartolini Scopatores Conclavis.

Fabri.

Scopatores.

Conceduntur Privilegia Dapiferis postremi Conclavis.

VII.

*Eadem Privilegia concessa fuere ab Inn. XIII. Const. ed. 1721., Maji 18., P. 1. Et a Clem. XII. Const. ed. 1730., Jul. 26., P. 1.*

BENEDICTUS PAPA XIII.  
URBIS.

Dat. 18. Maji  
1724. An. 1.

Motu proprio, &c. Nos volentes dilectos filios nostros, dum Cardinalatus honore fungebamur, & Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Dapiferos, qui Conclavi, in quo Divina favente Clementia ad Summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigiliis, & incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, & privilegiis pro cujuscumque meritis exornare, ac eisdem Dapiferos, & eorum singulos.

Causa Indul-  
ti.

§. 1. Motu proprio, non ad ipsorum Dapiferorum, vel alterius pro ipsis nobis super hoc oblata petitionis instantiam sed de mera liberalitate, certa que scientia nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine in veros, indubitatos, & non fictos familiares, continuos commensales nostros, & eos qui ex illis Clerici existunt, seu militiæ Clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis Cardinalibus in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, & aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint, in nostros, & Apostolicæ Sedis Notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero

Dapiferi cre-  
antur Com-  
mensales, &  
Notarii Apo-  
stol.

Nobiles, &  
cives.Jus Civitatis  
in hæredes  
transit.

participantium, tenore præsentium recipimus, & tam illos, quam alios Dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus Cardinalibus digni tali honore approbati fuerint, Sacri Palatii, & Aula Lateranen., comites, & milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque Dapiferos indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles, quique Urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, & ad quam ab eisdem Cardinalibus se admitti petierint, veros cives ad instar, & nulla prorsus differentia inter eos, & singulos alios veros originarios, & antiquissimos, & nobiles participantes cives ipsius urbis vel civitatis.

§. 2. Itaque ipsum jus civitatis ad quoscumque in eorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, & deputamus, ac nobilitatis, & civilitatis titulo, honore, & insigniis decoramus, aliorumque familiarum continuo- rum commensalium nobis ætu in Palatio nostro Apostolico servientium; & in illius tinello comedentium, & bibentium nostrorum, & Sedis Apostolicæ Notariorum, Palatiique, & Aula præfatæ comitum, militum, & nobilium, & civium hujusmodi originariorum numero, & consortio favorabiliter aggregamus, & pro veris, indubitatis, & non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac Notariis nostris, Comitibusque, & Militibus, Nobilibusque, ac civibus deinceps haberi, & reputari volumus, & mandamus, eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, & literis; tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernen. se familiares, continuos commensales nostros, & comites, milites, nobiles, ac cives, & originarios nominari, nec propterea impetrationes, concessiones, & literæ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, & efficaces existant, ac ex nunc deinceps, & in perpetuum omnibus, & quibuscumque, prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, & declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii nostri familiares tempore dictæ Assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis Notarii, etiam de numero participantes, existentes, etiam si habitum, & Rocchettum Notariorum ipsius Sedis non deferant, Palatiique & Aula prædictæ Comites, & Milites, ac Nobiles originarii, & antiquissimi cives ejusdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint quicumque ex utroque parente vere nobili, ac cive originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias etiam per quascumque literas, seu constitutiones Apostolicas pro tempore editas, utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ubique locorum in Judicio, & extra, sine tamen eorumdem Notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant realiter, & integre in omnibus, & per omnia etiam in urbe, & civitate hujusmodi non habitaverint perinde, ac si de vero nobili genere ex utroque Parente originario, & antiquissimo Cive procreati forent, & hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessionem, indulta, & jura, quæ pro aliis Nobilibus, & Civibus originariis emanarunt, & quæ ratione nobilitatis, & civilitatis naturalis, & originariæ aliis competunt pro eisdem Dapiferis in specie emanassent, seu emanarent, & eis

naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competenter, vigore præsentium indulgemus.

§. 3. Ac singulos Dapiferos præfatos a solutione, & exactione decimarum Ecclesiasticarum, ubique locorum, & ex quacumque quantumvis urgentissima, & inexcogitabili causa, & occasione, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Rerumpublicarum, etiam Venetorum, & quorumcumque aliorum Principum impostitarum, & imponendarum pro tempore liberamus, & eximimus; liberosque, & exemptos fore, & esse decernimus: necnon ipsi Dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, & proventus Ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsius, vel eorum alicui reservatarum, quam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint gratiose remittimus, & condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi ligati Missas, & alia Divina officia, non tamen in contemptum clavium, celebraverint, aut alias in Divinis se immiscuerint, ut illa, & eisdem præmissis non obstantibus, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines alias tamen rite promoveri, & in illis etiam susceptis alias rite per eos ordinibus etiam in Altaris Ministerio ministrare etiam libere, & licite valeant, dispensamus.

§. 4. Ac eosdem Dapiferos, si qui eorum defectum natalium patiuntur ex quocumque damno, & illicito coitu, etiam si ex nobilissimis parentibus, ac viribus feminis forsan procreati sint; etiam si legitimi alias existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, & maternis, & aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen feudalibus, & emphiteuticis, aut Ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac sine præjudicio venientium ab intestato, vel ex fideicommissio, seu alias de jure valida dispositione succedere, & illa donationis, seu alio quovis titulo consequi, & habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere, eos ad omnia jura legitima, & successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, & reintegrando realiter, & cum effectu.

§. 5. Necnon ad dignitates, honores, & quacumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam alium, illaque gerere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstat impedimentum, ac clericali caractere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, & ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt, promoveri, & postmodum caractere, & ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in Altaris Ministerio ministrare, ac quacumque, & qualiacumque cum cura, & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam si perfonatus, administrationes, & officia etiam curata, & electiva in Cathedralibus, & Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, seu si Parochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ, & Canonicatus, & præbendæ, non tamen in Cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem Cathedralibus post Pontificalem, majores, nec principales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in illis recipere, & dummodo plura simul non sint, quam quæ a Concilio Tridentino permittuntur, quoad vix-

A gabellis  
berantur.Illegitimos  
legitimis na-  
tibus resti-  
tuit.Ad digni-  
tates admitti  
jubet.

rint,

Expeditionem literarum gratis fieri mandat.

rint, retinere libere, & licite valeant, similiter dispensamus.

§. 6. Quodque omnes, & quæcumque gratiæ, provisiones, commende, ac præsentis, & quævis aliæ literæ Apostolicæ, ac etiam in forma brevis pro illis expediendæ gratis ubique expediantur, tam de capiendâ possessione nomine Camere Apostolicæ, quam in favore literarum Apostolicarum ubi illis super provisionibus quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum dari poterunt, prout nostris Familiaribus, & continuis commensalibus etiam gratis dantur, ac conceduntur, ac dari, & concedi debent, præcipimus, & mandamus. Ac Dapiferis præfatis, & eorum singulis, ut quicumque loci Ordinarii, vel Canonici Metropolitanarum, aut aliarum Ecclesiarum, aut personæ quæcumque Ecclesiasticæ, in dignitate Ecclesiastica constituta, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quæcumque Pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & emolumentis universis certis, & incertis, ac distributionibus quotidianis quaruncumque mensurarum Episcopatum, Archiepiscopatum, & Abbatialium, ac Dignitatum, & Canonicatum, & Præbendarum cæterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam per S. R. E. Cardinales obtentorum, & in posterum obtinendorum cum cura, & sine cura, Sæcularium, aut quorumvis Ordinum Regularium, seu fructus, redditus, & proventus, aliæque emolumenta, & distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiam si alias semel, vel pluries translata, seu translata fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & proventus, & alia emolumenta, & distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam, uni, vel pluribus aliis personis Ecclesiasticis per eosdem Dapiferos, & eorum singulos nominandis quoruncumque, quæcumque, & qualiæcumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum Procuratoribus legitimis eisdem modo, & forma quibus eisdem Dapiferis reservata, seu reservati erant, etiam absque beneficiis hujusmodi obtinentium consensu, integre persolvendas, seu persolvendos, & per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, levandos, reservare, constituere, & assignare valeant, ipsique translarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ, existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censentur, etiam concedimus, & indulgemus, etiam si similem gratiam a Prædecessoribus nostris alias forsitan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, & potiri volumus.

§. 7. Decernentes ipsas translationes, & novas reservationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, & proventibus reservata fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore: ac eisdem Dapiferis, ut ratione quaruncumque pensionum eis, & eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de Camera pro quolibet, nunc, & pro tempore

reservatarum, ac reservandarum, habitum, & tonsuram clericales gestare, & in illis dummodo ipsi habitum decentem, & honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi, seu compelli, minulque aliquas sententias, aut censuras, etiam privationis, seu satisfactionis ipsarum pensionum ad prædictam summam ducentorum ducatorum ascendentes, & reservatas, ut præfertur, etiam matrimonium contraxerint cum unica tantum, & virgine, recipere, & retinere:

§. 8. Postremo quod bona quæcumque ad dictos Dapiferos, & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quoruncumque Beneficiorum Ecclesiasticorum etiam Canonicatum, & præbendarum, ac dignitatum quaruncumque per eos alias obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodolibet, & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, & licite acquisita, & acquirenda etiam in Urbe, ejusdem districtu, ac ubicunque existentia, spoliis minime subjeant: sed ipsi Dapiferi etiam si Religioni alicujus Militiæ, etiam S. Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quaruncumque personarum de jure tamen capacium, etiam si curiales esse desierint, & in quocumque loco quantumvis remoto, eos decedere contigerit, restari, & alias dispondere, eisque ab intestato decedentibus eorum hæredes quicumque succedere libere, & licite valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

§. 9. Præcipientes, & mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S. R. E. Camerario, Thesaurario, Præsidentibus, Clericis Camere nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis spoliatorum hujusmodi Collectoribus, ac Militiarum præfatarum Officialibus, aut Procuratoribus; ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum Dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant: ac etiam decernentes donationes, etiam per viam Testamenti, & codicillorum per ipsos Dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas semper, & perpetuo validas, & efficaces fore, nec eosdem Dapiferos, eorumque aliquem ad literas super præsentibus conficiendas in dicta Camera insinuandum, aut admitti, & registrari petendum teneri, nec illas etiam si intra tempus legitimum insinuatæ, admittæ, seu registratæ non fuerint, propterea minus validas censi, sed suos plenarios effectus sortiri debere, eisdemque præsentis, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, limitationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, constitutionibus Apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a nobis, & dicta Sede pro tempore, & de quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in Divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hæcenus, vel in posterum emanaverint, minime comprehendendi, sed quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum repositas, & reintegratas esse, & censi: sicque per quoscumque Judices etiam Commissarios quavis auctoritate fungen. in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari & diffiniri debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Et insuper dilectis filiis Rescribendario, & Computatori Collegii Scriptorum literarum Apostolicarum, & aliis, ad quos earundem literarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna indignationis nostræ Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus

Bona ipsorum a spoliis liberat.

Eximit a molestiis.

Expeditionem gratiarum mandat.

mandamus, ut easdem præsentibus, & forsan alias literas super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratis de mandato nostro ubique in omnibus Officiis etiam Abbreviatorum, Solicitatorum, Secretariorum plumbi, & registri absque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis facien. omni contradictione, & dilatione cessantibus, signent, expédiant, & expédiri faciant.

Contrariis derogat.

§. 11. Non obstantibus eisdem præmissis, ac de certo Notariorum numero, etiam ad illum non sit eventum, quibus alias per præsentibus non intendimus derogare, ac regula nostra de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pii Papæ IV. prædecessoris nostri de similibus, vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ Pii Papæ V. etiam prædecessoris nostri contra Illegitimos, ac Piæaven. Concilii, & aliis Apostolicis, ac etiam in Universalibus, Provincialibusque Conciliis editis specialibus vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, & Monasteriorum, Ecclesiarum, Ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbis Romæ, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & Terrarum, aut Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatum, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, stabilimentis, usibus, & naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus, tam Pontificiis, quam Imperialibus, Regiis, & Ducalibus, etiam sacris Canonibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, Superioribus, ac personis, & locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine, similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis inter alia disponen. quod beneficia Urbis non nisi personis certis modo, & forma qualificatis, & oriundis ex certis locis, ac trium Ordinum Militiarum expresse professis, conferri, & commendari soleant, quibus omnibus, etiam si alias pro eorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda foret, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie Motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque, cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio V. M.

Et cum absolute a censuris ad effectum, &c. & in casibus regulæ de infortescentibus cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsto, aliisque necessariis, & opportunis derogationibus, quatenus opus sit, & quod indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, & singulorum major, & verior specificatio, & expositio fieri possit in literis, in quibus singulorum Dapiferorum nomina, & cognomina, ordines, qualitates, gradus, Dioceses, Patriæ, & alia requisita exprimi, & describi, seu pro expressis, & descriptis haberi possint juxta

notulam per ipsos seu eorum Deputatos confectam simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis, prout videbitur expedire, &c.

§. 12. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis, etiam impressis, & sigillo, & manu alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & subscriptis eadem fides, tam in judicio, quam extra illud, adhibeatur, quam originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus autem, quod sola præsentis Motus proprii nostri Signatura sufficiat, ubique fidem faciat in judicio, & extra illud, regula quacumque contraria non obstante.

Fiat V. M.

Datum Romæ apud S. Petrum, pridie Nonas Junii Anno Primo.

*Nomina Eminentissimorum Dominorum Cardinalium, & Dapiferorum sunt hæc, quæ sequuntur.*

**F**RATER VINCENTIUS MARIA URSI-  
NUS ORDINIS PRÆDICATORUM, nunc  
BENEDICTUS XIII. Romanus.

*Comes . . . Vitellus Beneventanus.*

#### EPISCOPI V.

*Sebastianus Antonius Episcopus Ostiensis, & Feliternensis S. Collegii Decanus Cardinalis Tanara Sac. Congregationis Immunitatis Præfectus Bononiensis. Franciscus Gothifredus Romanus.*

*Franciscus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Judice Archiepiscopus Montis Regalis Neapolitanus. Marchio Nicolaus della Penna Sacerdos Perusinus.*

*Fabritius Episcopus Albanensis S. R. E. Cardinalis Paulutius Sanctissimi Domini Nostri Papæ Vicarius, ac Sacrarum Congregationum Episcoporum, & Regularium, & Rituum Præfectus Foroliviensis. Abbas Cornelius Herculanus Clericus Foroliviensis.*

*Franciscus Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis Pignatellus Archiepiscopus Neapolitanus. Abbas Baprista Zola Clericus . . .*

*Franciscus Episcopus Prænestinus S. R. E. Cardinalis Barberinus S. Congregationis Aquarum Præfectus Romanus. Josephus Sebastianus Fontana ex Comitibus Scagnelli Clericus Parmensis.*

#### PRESBYTERI XXXVII.

*Jacobus tit. S. Mariæ in Via S. R. E. Cardinalis Boncompagni Archiepiscopus Bononiensis. Julius Gabriellus Romanus.*

*Josephus tit. S. Praxedis S. R. E. Cardinalis Sacripantes Sac. Congregationis Propaganda fidei Præfectus Narniensis. Joannes Franciscus Sacripantes Romanus.*

*Laurentius tit. S. Petri ad Vincula S. R. E. Cardinalis Corsinus Florentinus. Abbas Marcellus Pafarus Juris utriusque Doctor Sacerdos Arvanensis.*

*Franciscus tit. S. Cæcilie S. R. E. Cardinalis Acquaviva Neapolitanus. Thomas de Vibina Sacerdos.*

*Thomas tit. S. Mariæ Transtiberim S. R. E. Cardinalis Russus Episcopus Ferrariensis Neapolitanus. Fr. Bartholomæus Catenaccius Eques Hierosolymitanus Amerinus.*

*Heratius Philippus tit. S. Honorii Cardinalis Spada Episcopus Auximanus Lucensis. Abbas Fulvius Camillus Sinibaldus Clericus Auximanus.*

*Philippus Antonius tit. S. Chrysegoni S. R. E. Cardinalis Gualterius Urbevetanus. Comes Hieronymus Dandinus Casenas.*

*Josephus tit. S. Mariæ Angelorum S. R. E. Cardinalis Vallemanus Fabrianiensis. Advocatus Franciscus Memmius Clericus Florentinus.*

*Carolus Augustinus Tit. S. Augustini S. R. E.*

Cardi-

Transumptio-  
rum fides.

Cardinalis Fabronius S. Congregationis Indicii Præfectus Pistoriensis. Abbas Faustus Cosattus Clericus Senensis.

Petrus tit. S. Marci S. R. E. Cardinalis Prius Episcopus Bergomensis Venetus. Fr. . . . Columna Eques Hierosolymitanus Romanus.

Ulysses Joseph tit. S. Crucis S. R. E. Cardinalis Gozzadinus Episcopus Imolensis Bononiensis. Alphonsus Servantius. . . .

Annibal tit. S. Clementis S. R. E. Cardinalis Albanus S. R. E. Camerarius Archipresbyter Basilicæ Vaticanæ, & S. Congregationis R. Fabricæ S. Petri Præfectus Urbinas. Eques Joannes Franciscus Sempronius Clericus Urbinas.

Ludovicus tit. S. Silvestri in Capite S. R. E. Cardinalis Picus Episcopus Senogallia, & S. Congregationis Indulgentiarum Præfectus de Miranda-la. Abbas Thomas de Vulpe Clericus Imolensis.

Joannes Antonius tit. Sancti Calisti S. R. E. Cardinalis de Via Episcopus Ariminensis Bononiensis. Abbas . . . . Scottia.

Augustinus tit. S. Mariae de Populo S. R. E. Cardinalis Cusanus Episcopus Papiensis Mediolanensis. Comes Ignatius Michael Crivellus Clericus Mediolanensis.

Julius tit. S. Laurentii in Pane, & Perna S. R. E. Cardinalis Piazza Episcopus Faventinus Foroliviensis, Co. Fabritius Ilorinus Clericus Foroliviensis.

Antonius Felix tit. S. Balbinæ S. R. E. Cardinalis Zondadarius Senensis. Advocatus Marius Soccinus Clericus Senensis.

Joannes Baptista tit. Sanctæ Mariæ in Ara-celi S. R. E. Cardinalis Bussius Episcopus Anconitanus Viterbiensis. Joannes Antonius Kreayer de Corvini Sacerdos Sardus.

Petrus Marcellinus tit. S. Joannis ante Portam Latinam S. R. E. Cardinalis Corradinus Setinus. Comes Virgilius Montecatini Sacerdos Ferrariensis.

Armandus Gasto tit. SS. Trinitatis in Monte Pincio S. R. E. Cardinalis de Roban Soubize Episcopus Argentinensis Gallus. Abbas Folignan Clericus.

Joannes Baptista e Societate Jesu tit. S. Stephani in Monte Celio S. R. E. Cardinalis Prolomus Pistoriensis. Advocatus Joannes Franciscus Ingenus Clericus Neapolitanus.

Benedictus tit. SS. Nerei, & Achillei S. R. E. Cardinalis Odescalcus Archiepiscopus Mediolanensis. Comes Gabriel Ferretus Sacerdos Anconitanus.

Henricus tit. SS. Quirici, & Julitæ S. R. E. Cardinalis de Thyard de Bissy Episcopus Meldensis Gallus. Comes Franciscus Buschius Urbevetanus.

Innicus tit. S. Thome in Parione S. R. E. Cardinalis Caracciolus Episcopus Averanus Neapolitanus. Dominicus Marturus Sacerdos Neapolitanus.

Bernardinus tit. S. Petri in Monte Aureo S. R. E. Cardinalis Scotus Signaturæ Justitiæ Præfectus Mediolanensis. Comes Joseph Atto de Apris Romanus.

Joannes tit. SS. Quatuor Coronatorum S. R. E. Cardinalis Patritius Romanus. Marchio Tiberius Astallius Clericus Romanus.

Nicolaus tit. S. Sixti S. R. E. Cardinalis Borromeus Episcopus Novariensis Mediolanensis . . . . Cerronus.

Georgius tit. S. Agnetis extra mœnia S. R. E. Cardinalis Spinula Januensis. Abbas Victorianus Monresa Clericus.

Cornelius tit. S. Hieronymi Illicorum S. R. E. Cardinalis Bentivolus Ferrariensis. Eques Petrus Franciscus Pandulphinus Pisanus.

Joannes Franciscus tit. SS. Petri, & Marcellini S. R. E. Cardinalis Barbadicus Episcopus Brixienfis Venetus. Ludovicus Tabarella Eques S. Stephani Patavinus.

Ludovicus tit. S. Mariæ Transpontine S. R. E. Cardinalis Belluga, & Moncada Episcopus Cartagenensis Hispanus. Andreas Retz Clericus.

Joseph tit. S. Susanna S. R. E. Cardinalis Pe-reyra de la Cerda Episcopus Pharaonensis Lusitanus. Fr. Theresius Cassiulus Eques Hierosolymitanus Regiensis.

Joannes Baptista e Societate Jesu S. R. E. Cardinalis Salernus Cosentinus. Abbas Franciscus Micellus Sacerdos Rheginensis.

Carolus tit. S. Pudentianæ S. R. E. Cardinalis Borgia Patriarcha Indiarum Hispanus. Abbas Joseph Beatia Clericus.

Alvarus e Societate Jesu tit. S. Bartholomæi in Insula S. R. E. Cardinalis Cienfuegos Episcopus Capanensis Hispanus. Joannes Augustinus Geminianus.

D. Bernardus Maria Ordinis S. Benedicti Congregationis Casinensis tit. S. Bernardi S. R. E. Cardinalis de Comitibus major Penitentiarius Romanus. Abbas Dionysius della Penna Clericus Perusinus.

DIACONI XI.

Benedictus S. Mariæ in Via Lata primus Diaconus S. R. E. Cardinalis Pamphilius Signaturæ Gratiæ Præfectus Romanus. Abbas Felix Pollastri Clericus Cameriniensis.

Petrus tit. S. Laurentii in Damaso S. R. E. Cardinalis Ortbubonus S. R. E. Vicecancellarius, Archipresbyter Basilicæ Liberianæ Venetus. Marchio Franciscus Andreas de Monte S. Mariæ Anconitanus.

Joseph Kenatus tit. S. Gregorii S. R. E. Cardinalis Imperialis Congregationis boni Regiminis, & Disciplina Regularis Præfectus Januensis. Abbas Thomas Casaccus Clericus Amerinus.

Laurentius tit. S. Agathæ Gotthorum S. R. E. Cardinalis de Alteriis Romanus. Abbas Hieronymus Petronius Canonicus Basilicæ Vaticanæ Romanus.

Carolus tit. S. Angeli in Foro Piscium S. R. E. Cardinalis Columna Romanus. Franciscus Lagarola Viterbiensis.

Curtius tit. S. Eustachii S. R. E. Cardinalis Origus S. Congregationis Concilii Tridentini Præfectus Romanus. Abbas Martius Cincius Clericus Romanus.

Melchior tit. . . . . S. R. E. Cardinalis de Palignac Gallus. Abbas . . . . de S. Germano Clericus.

Fabritius tit. SS. Viti, & Modesti S. R. E. Cardinalis de Abbatibus Oliverius Pisanensis. Abbas Joannes Franciscus de Abbatibus Oliverius Eques S. Joannis Hierosolymitani Clericus Pisanensis.

Carolus tit. S. Mariæ in Aquiro S. R. E. Cardinalis de Marinis Januensis. Abbas Franciscus Visettus Patritius Alvetius Diacesis Comensis.

Julius tit. S. Adriani S. R. E. Cardinalis Albe-ronus Placentinus. Abbas Alexander Carolus Clericus Placentinus.

Alexander tit. S. Mariæ in Cosmedin S. R. E. Cardinalis Albanus Urbinas. Abbas Joseph Nagat, & Salinas Clericus Barchinonen.

Indicatur Jubileum Univerfale initio Pontificatus Sanctitatis Suae.

Huic simile Jubileum indictum fuit ab Innoc. XII. Const. ed. 1721., Maji 27., P. 1. & Clem. XII. Const. ed. 1730., Sep. 9., P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christianis fidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM inscrutabilis divini consilii altitudo humilitatem Nostram ad Univerfæ Ecclesiæ regimen evocare, Nobisque Vicariam sui in Terris potestatem committere sit; Nos tamen nihil magis desideraremus, quam, ut immen-

VIII.

Dat. 10. Junii 1724. An. 1.

Exordium a necessitate implorandi Divinum auxilium proficuum salutari univ. Eccl. regimine.



fam illam curarum Pontificiarum molem, cui ferendæ infirmitatem nostram longe imparem agnoscimus, defugere possemus, delatamque propterea dignitatem, quantum licuit, toto animo, ac sincero corde detrectaverimus, assidue Deum obsecrantes, ut calicem illum a Nobis transferret. Nihilominus ne supernæ voluntati, cui non est, qui resistat, nimium obluſtari videremur, imposito Nobis jugo collum ex charitatis necessitate humiliter submissimus, firma spe, ac fiducia in Domino freti, ut qui Nobis Apostolici ministerii auctor fuit, mitteret auxilium de sancto, & de Sion tueretur Nos. Verum dum assumpti oneris Angelicis etiam humeris formidandi gravitatem serio perpendimus, miseramque temporum conditionem, ac luctuosum Christianæ Reipublicæ statum contemplamur, anticipaverunt vigilias oculi Nostri, atque inter mæiores, & suspiria timemus, ne cum Regio Propheta exclamare cogamur: Veni in altitudinem Maris, & tempestas demersit me, dolemus siquidem, & graviter angimur Nos in ea tempora incidisse, quibus refrigescere charitatem multorum videmus, neque Sanctæ Dei Ecclesiæ faciem, qua multiplicatis in Regione dissidiis laceram, qua filiorum suorum excessibus deformatam sine intima animæ nostræ amaritudine intueri possumus: Non tamen deficiamus animo, sed omnem spem Nostram in eum convertimus, qui sperantes in se confundi non patitur, & gratiæ suæ sustinet, ac confovet præsidio; Quod ut cum omnium Ecclesiarum, quarum Nobis credita est sollicitudo, utilitate demereri, ac consequi valeamus, ad vestrum omnium, quibus curam Pastoralem impendere, preces ex pio, ac laudabili Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum more confugiendum duximus, merito confidentes Clementissimum Dominum Nostrum ad providum Ecclesiæ militantis gubernium necessario Nobis Cælestia dona largiturum, si vos Nobiscum unanimes scindatis corda vestra, & deposito peccatorum pondere revertamini ad eum, qui multus est ad ignoscendum, & orationes vestras, jejunii, atque elemosynæ viribus roboratas ad Altare Patris misericordiarum jugiter offeratis. Accedamus ergo ad Deum in sanctitate animæ, castas, & impollutas manus ad illum elevantes. Adeamus cum fiducia ad Thronum gratiæ, ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno. Præstabilem super hominum malitia, Dei bonitatem imploremus, ut qui dat lasso virtutem, & his, qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat, confirmet quod operatus est in Nobis, nosque confortet in potentia virtutis suæ, ac repleat agnitione sua voluntatis in omni sapientia, & intellectu, effundens super Nos spiritum consilii, quo intellet rerum, ac temporum difficultates agnoscamus, quid agere debeamus, oculisque ac mente semper in Deum intentis, quæ recta sunt, salubriter perficiamus. Hæc autem ut majori spiritus ardore, uberiusque fructus incremento fiant, Cælestium munerum Thesaurus, quorum dispensationem fidei nostræ commisit Divina dignatio, reserare, & liberali manu erogare decrevimus.

Indictio prædicti Jubilæi.

§. 1. Itaque de Omnipotentis Dei Misericordiam, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, universis, & singulis utriusque sexus Christifidelibus in Alma Urbe Nostra degentibus, qui solemni Processioni, quam Dominica tertia post Pentecostes ab Ecclesia Sanctæ Mariæ super Minervam, ad Ecclesiam Beatæ Mariæ de Vallicella nuncupat, de eadem Urbe una cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, quos in Romana

Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, Prælatis quoque, & Officialibus ejusdem Curiæ, universonque Clero, & Populo, benedicente Domino agemus, devote interfuerint, vel Sancti Joannis in Laterano, Principis Apostolorum, & Sanctæ Mariæ Majoris Ecclesias, seu Basilicas, vel earum aliquam intra spatium ejusdem, vel proximæ subsequenti hebdomadæ saltem semel visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium devote, ut supra, Deum oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex præfatis hebdomadis jejunaverint, & peccata sua confessi, Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum in Dominica die immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam reverenter sumperint, ac pauperibus aliquam elemosynam, prout unicuique suggeret devotio erogaverint. Cæteris vero extra Urbem prædictam ubique degentibus, qui Ecclesias ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, aut de eorum mandato, & ipsis deficientibus per eos, qui ibi curam Animarum exercent, postquam ad eorum notitiam hæc nostræ pervenerint designandas, vel Ecclesiarum hujusmodi aliquam spatium duarum similiter hebdomadarum, a publicatione designationis, vel per Ordinarios, vel eorum Vicarios, seu Officiales, vel alios, ut præfertur, faciendæ decursuram, saltem semel visitaverint, ibique, ut supra, oraverint, ac quarta, & sexta feria, ac Sabbato alterius ex hebdomadis hujusmodi jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac in die Dominica immediate sequenti, vel alia die intra eandem hebdomadam Sanctissima Communionem refecti fuerint, & pauperibus aliquam elemosynam, ut præmittitur, erogaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias intra, & extra Urbem prædictam concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & largimur.

§. 2. Navigantes vero, & iter agentes, ut cum primum ad sua sese domicilia receperint, supra scriptis peractis, & visitata Ecclesia Cathedrali, vel majori, aut Parochiali loci eorum domicilii, eandem Indulgentiam consequi possint, & valeant: Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in claustris perpetuo degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam Ecclesiasticis Sæcularibus, vel Regularibus, etiam in carcere, aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento, detentis, qui supra expressa, vel eorum aliqua præstare nequeverint, ut illa Confessarius ex jam approbatis a locorum Ordinariis ante præsentium publicationem, seu approbandis, eis in alia pietatis opera, commutare, vel in aliud proximum tempus prærogare possit, eaque injungere, quæ ipsi poenitentes efficere poterunt pariter concedimus, & indulgemus.

§. 3. Insuper omnibus, & singulis Christifidelibus utriusque sexus, tam laicis quam Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus, cujusvis Ordinis, & Congregationis, & Instituti tam in Urbe præfata, quam extra eam ubique locorum, ut præfertur, degentibus, licentiam concedimus, & facultatem, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam Sæcularem, quam cujusvis Ordinis, & Instituti regularem ex approbatis, ut præmittitur, a locorum Ordinariis, qui eos ab excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis Sententiis, & Censuris a jure, vel ab homine, quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicæ, etiam in literis die Cænæ Domini

De existentibus extra Urbem.

De navigantibus, & iter agentibus.

De Regularibus, & legitime impeditis.

De Confessario eligendo, ejusque facultate.

legi

legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis in foro conscientie, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quacumque (Religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus poenitentia saluari, aliaque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

De publicatione Jubilei.

§. 4. Quapropter tenore præsentium in virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, & quibuscumque Ordinariis locorum, ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam Animarum exercent, ut cum præsentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa, acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento pro suis Ecclesiis, & Diocesibus, Provinciis, Civitatibus, Oppidibus, Terris, & loca publicent, & publicari faciant, Ecclesiamque, seu Ecclesias visitandas designent.

De casibus reservatis.

§. 5. Non intendimus autem per præsentibus super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie, neque etiam easdem præsentibus iis, qui Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in Sententias, & Censuras, incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictarum duarum hebdomadarum satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

Clausula.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, præsertim, quibus facultas absolviendi in certis tunc expressis casibus, ita Romano Pontifici pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon Regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutuum Regularium, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per Clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exposita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, ac formam in eis traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatim, & expresse, ad effectum præmissorum, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem præsentibus nostræ, quæ ad singula loca deferri non possunt ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus, ut earundem præsentium transumptis, vel exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, ubique locorum, & Gentium eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die X. Junii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Regul. pro erectione Seminarii Missionariorum in Provincia S. Pauli Fratrum Min. Discalc. strict. Observ. Castellæ Veteris.

IX.

De erectione Seminariorum pro Familia Hispanica vide Innoc. XI. Const. ed. 1686. Jun. 2. P. 10., & hujus Const. ed. 1727. 3. Apr. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 20. Junii  
1724. An. I.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Diaz a Conceptione Sacræ Theologiæ Lectoris, ac Patris Provincia Fratrum Excalceatorum S. Didaci in Bethica, & Procuratoris Generalis in Romana Curia eorumdem fratrum Discalceatorum, & recollectorum Ordinis Sancti Francisci Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum Provincia S. Pauli Fratrum Discalceatorum hujusmodi strictioris observantiæ ejusdem S. Francisci Veteris Castellæ animabus Sanguine Arni redemptis proficere cupiens humiliter eidem Congregationi supplicasset, quatenus eidem Provinciæ unum ex illius Conventibus per fratres Diffinitorii Provincialis designandum in Collegium, seu Seminarium Missionariorum, qui Apostolicis Missionibus unice essent dediti, facultatem erigendi concederet, cujus quidem Conventus Guardianus, alique fratres, pariterque ipsum Seminarium strictissimis prædictæ Provinciæ Constitutionibus gubernarentur, ac Ministro, & Diffinitorio Provinciali immediate subditi essent, cui etiam competeret electio Guardiani dicti Seminarii pro tempore necnon receptio Novitiorum, sicut in aliis totius Provinciæ Conventibus observabatur, non autem subicerentur immediate Ministro Generali, sicut in literis se. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditis pro Collegiis Missionariorum sitis in Provinciis ad familiam Hispanicam spectantibus disponebatur, prohibendo simul expresse, quod dummodo erectum esset in dicta Provincia Sancti Pauli prædictum Seminarium, nullus ex ejusdem Provinciæ Alumnis titulo Missionum ad alia Missionariorum Collegia extra ipsam Provinciam existentia transire posset, concedendo his novis Missionariis omnia, & singula privilegia, ac prærogativas in dictis literis Innocentii Prædecessoris contenta, quibusque alia Missionariorum etiam Regularis observantiæ Seminaria gaudebant, remanente tamen intacta, & illæsa eadem Ministri Generalis auctoritate, quam in omnibus Provinciis, & Conventibus totius Ordinis exercebat, exceptis tamen immediata subjectione, electione Guardiani, ac receptione Novitiorum, quæ sicut præmittitur ad Ministrum, & Diffinitorium Provinciale spectare deberent; emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita visa relatione Eminentissimi Corsini prædicti Ordinis apud S. Sedem Protectoris, & Patri Procuratoris Generalis referente Eminentissimo Fabrono benigne indulgit, ut Pater Provincialis præfate Provinciæ veris existentibus narratis fundamentum prædicti Seminarii Missionariorum sibi, &

Petitione d. Congregationi facta pro erectione Seminarii immediate subditi Min. Provinciali, & Diffinitorio juxta Constitutiones Inn. XI. de Seminaris Familie Hispanica.

Decretum Congregationis juxta relatam petitionem an. 1723. editum.

Diffinitorio Provinciali in uno ex Conventibus ejusdem Provinciae benevole juxta formam praerogativas, Privilegia, & onera contenta in praecitatis Brevibus sa. me. Innocentii XI. pro suo arbitrio, & conscientia servatis servandis deveniat. Immediata tamen Jurisdictione, electione Guardiani, & receptione Novitiorum exceptis, quae reservata intelligantur eidem Provinciali modo supra descripto, & cum expressa etiam conditione, ut Religiosi istiusmodi Provinciae, seu Seminarii de uno ad aliud Seminarium alterius Provinciae transire, & Guardianus hujus Seminarii erigendi Religiosos aliarum Ordinis Provinciae acceptare minime possint, & valeant firmis caeteroquin integris, & illaesis remanentibus omnibus aliis praerogativis, auctoritatibus, & superioritatibus debitibus, & competentibus Patri Ministro Generali Ordinis. Non obstantibus &c. Romae 20. Augusti 1723. - F. Cardinalis Paulutus. F. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Preces Procuratoris  
Discal., &  
Recollect.

§. 1. Cum autem sicut dictus Joannes Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse privilegia, quo firmius subsistant, & serventur exactius Apostolica Confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desideret. Nos specialem ipsi Joanni Procuratori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Confirmatio  
relati Decreti.

Claufula.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiendum esse; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XX. Junii MDCCXXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

X. Indicitur Universale Jubilaeum Anni Sancti 1725.

*Ultimum Jubilaeum Anni Sancti 1700. indictum fuit ab Innocentio XII. Const. ed. 1699. Maji 17. P. 8. Extat aliud Jubilaeum hujus pro initio sui Pontificatus Const. ed. 1724., Jun. 10. P. 1. Et Clem. XII. Const. ed. 1730. Septembris 9. P. 1. pro sui Pontificatus initio.*

Dat. 26. Junii  
1724. Ann. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Universis Christianidelibus praesentes literas inspecturis, salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Exordium  
a necessitate  
implorandi  
caeleste auxilium, ut a  
SS. facilius,

**R**edemptor, & Dominus Noster Jesus Christus, Unigenitus Dei Filius, ejus inscrutabili providentia pariter, ac terrena omnia sapientissime disponuntur, immensam suam erga

Nos bonitatem clarissimo testimonio patefecit, cum ad regimen Universalis Ecclesiae pretioso suo Sanguine acquisita post diuturnam Apostolicae Sedis vacationem, humilitatem nostram vocare, & suamque in Terris Vicariam potestatem Nobis committere dignatus est. Et Nos quidem impositam Sacrosancti Apostolatus sarcinam, etsi viribus nostris longe imparem, quin etiam ipsis Angelicis humeris formidandam, suspiria inter, & lacrymas, nec tam immerentes, quam inviti suscepimus, ut Divinae vocis imperio, quem admodum par erat, humiliter obsequeremur. Verum, dum luctuosum Christianae Reipublicae, gravium malorum procellis tot per annos agitatae, & graviorum adhuc periculis expositae, statum attente circumspicimus, susceptique oneris magnitudinem, & rerum, ac temporum conditionem serio Nobisum reputamus: timor, & tremor venerunt super Nos, & vigilias anticipaverunt oculi nostri, meritoque veremur, ne impendenti Nobis gravissima curarum mole infirmitas nostra succumbat. Non tamen concidimus animo; sed omnem pro salute crediti Nobis e Caelo Gregis laborem alacriter subire parati, in bonorum omnium largitore Deo, qui sperantes in se confundi non patitur, firmam collocamus fiduciam fore, ut qui Nobis exitit honoris auctor, ipse fiat administrationis adiutor, & virtutem largiatur, qui contulit Dignitatem. Id porro Nos a Divina Clementia suppliciter, devotaque humilitate assidue precari non desinimus, & ab universis etiam Christianidelibus, quibus Apostolica sollicitudo a Nobis impendenda est, unanimo studio flagitari maxime cupimus; ut exoratus communibus precibus benignus, & misericors Dominus, qui dat lassio virtutem, & his, qui non sunt fortitudinem, & robur multiplicat, brachio sancto suo confortet, ac roboret Nos, mentemque nostram lumine suae claritatis illustret ad cognoscendum, faciendumque semper quod bonum est in oculis suis: tribuat Nobis spiritum sapientiae, & intellectus, spiritum consilii, & fortitudinis, ut Pastorale officium salubriter exequi valeamus ad Divini nominis gloriam, Ecclesiae Sanctae utilitatem, ac spiritualem omnium Fidelium aedificationem: praesentibus Christiani Populi necessitatibus propitius adsit: pericula propulset: haereses, ac in Religione dissidia extirpet: Fidem Catholicam protegat, & propaget: Orthodoxis Principibus arcum, & indissolubilem animarum concordiam, Sanctaeque Religionis propugnandae, atque ab insidiis, & detrimentis liberandae zelum praebat: eorumque consilia, & vires ad Christiani nominis tutelam, & amplificationem unire, sociare, regere, & roborare dignetur.

& felicius regi possit universalis Ecclesia in minus prospero rerum statu.

Præstantia  
Anni Sancti.

§. 1. Id autem, ut a Vobis, Dilecti Filii, ferventiori pietatis studio, uberiorique fructu peragatur, Sacros Indulgentiarum Thesuros, quorum dispensationem fidei nostrae commisit Divina dignatio, proferre, ac liberali manu erogare decrevimus hoc maxime opportuno tempore, quo appropinquat Annus Christiano Populo in primis optabilis, atque jucundus Sanctissimi Jubilaei: Annus universae Catholicae Ecclesiae peculiari modo sacer, ac venerabilis: Annus expiationis, & veniae, remissionis, & gratiae, quo cunctis fidelibus ad Almam hanc Urbem nostram confluentibus, & sacra Apostolorum Limina, praescriptaque Basilicas pie, ac devote visitantibus, ut Antiquorum habet fida traditio, amplissimae peccatorum Indulgentiae propositae sunt. Licet enim nulla temporis momenta decurrant, quae Divinis non sint plena numeribus, & nunquam ad misericordiam Dei per ipsius gratiam Nobis aditus pracludatur: eo tamen Anno a Divina largitate singularia speranda sunt beneficia, ac tanto ampliora, quanto majori fervore mentes Fidelium ad universa re-

ligiofae

ligioſa pietatis opera incendi convenit, ac inflammari. Audite igitur hæc omnes Gentes, quæ orthodoxam profiteamini Religionem: auribus percipite, qui habitatis Orbem, Reges terræ, & omnes Populi; Dum Nos Jezu Chriſti vices, quamvis immeriti, gerentes in terris, annunciamus Vobis, & evangelizamus Annum Domini placabilem, Annum redemptionis, & veniæ peccatorum, ac pro paterna, qua cunctos Chriſtifideles in Domino complectimur, charitate, vos omnes ad jucundiffimam Sacroſancti hujus Jubilæi ſolemnitatem concelebrandam vocamus, ac excitamus. Quod ſi olim quinquageſimus Annus ex Divina ordinatione a filiis Iſrael ſummo plauſu, & incredibili gaudio excipiebatur; quanto magis decet Chriſtianum Populum ſacro Jubilæi anno recurrente gaudere, ac lætari. Non enim, ut quondam Judaica Natio, ad diſtractorum prædiorum recuperationem, ſed ad æternæ poſſeſſionem hæreditatis invitamur: non a colendæ terræ laboribus eximimur, ſed fructus, quos Chriſti Domini, Deiparæ Virginis, & Sanctorum merita protulerunt, uberimmo percipimus; non a pecuniarum debito, vel ab humana ſervitute, ſed a peccatorum vinculis, & pœnis abſolvimur; non ab exilio terrenam Patriam repetere Nobis licet; ſed ad caeleſtem illam Patriam, unde exulantes in hac lacrymarum valle miſere pererramus, tutum nobis iter præmonſtratur, & panditur.

§. 2. Quod itaque vetus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ conſuetudo, & Romanorum Pontificum prædeceſſorum Noſtrorum exempla Nos admonent, illorum veſtigis inhærentes, eorumque pium, ac ſaluberrimum inſtitutum retinentes, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum ejuſdem S. R. E. Cardinalium aſſenſu, univerſalis, & maximi in hac Alma Urbe noſtra Jubilæi celebrationem in Annum proximum milleſimum ſeptingenteſimum vigefimum quintum a primis Veſperis Vigilæ Nativitatis Domini Noſtri Jezu Chriſti proxime futuræ inchoandam, & per totum Annum ipſum ſniendam, auctoritate Dei Omnipotentis, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quanto maximo poſſumus cordis noſtri gaudio, & exultatione, ad ipſius Dei gloriam, Catholicæ Eccleſiæ decus, ac totius Chriſtiani Populi ſanctificationem indicimus, & promulgamus. Quo ſane Jubilæi Anno durante, omnibus utriuſque ſexus Chriſtifiſſimis vere poenitentibus, & confeſſis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, necnon Sancti Joannis Lateranenſis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Baſilicas ſemel ſaltem in die per triginta continuos, aut interpolatos dies, ſi Romani, vel Incolæ Urbis; ſi vero Peregrini, aut alias externi fuerint, per quindecim ſaltem dies devote viſtaverint, & pro Sanctæ Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, Catholicorum Principum concordia, ac totius Chriſtiani Populi ſalute, & tranquillitate, plenas ad Deum preces effuderint, pleniffimam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, remiſſionem, & veniam miſericorditer in Domino concedimus, ac impertimus. Et quoniam contingere poteſt, ut ex iis, qui hac de cauſa iter aggreſſi fuerint, vel ad Urbem ſe contulerint, aliqui in via, aut etiam in ipſa Urbe, ægitudine, vel alia legitima cauſa impediti, aut morte præventi, præſinito dierum numero non completo, ac nequidem fortaſſe inchoato, præmiſſa exequi, & dictas Baſilicas viſitare nequeant: Nos piæ, promptæque illorum voluntati, quantum in Domino poſſumus, benigne favere cupientes, eodem vere poenitentes & confeſſos prædictæ Indulgentiæ, & remiſſionis participes perinde fieri volumus, acſi dictas Baſilicas diebus a Nobis præſcriptis re ipſa viſitaſſent.

§. 3. Impigra igitur, piæque devotione, Filii dilectiſſimi, & alacri animo ſuſcipite annun-

ciati Vobis Anni Sancti celebritatem, quem ideo religioſa ejuſmodi appellatione Maiores, ut noſtris, inſignivere, quia Divino cultui, Sanctorum operum exercitationi ſpecialius dicatus eſt. Alatur eſuriens, veſtiatur nudus, adjuvetur oppreſſus, foveatur ægrotus. Odiã tranſeant in dilectionem, inimicitia convertantur in pacem, tranquillitas extinguat iram, manſuetudo remittat injuriam; jejunium carnis deſideria conterat, oratio ſpiritum a terrenis rebus avocatum in caeleſtium contemplatione deſigat, & ad amorem, ac ſpem immortalium gaudiorum attollat. His porro Chriſtianarum virtutum exemplis, & bonorum operum meritis inſtructi ad hanc Sanctam Civitatem, tot Sanctorum Martyrum memoria inclutam, ac Beatorum præſertim Apoſtolorum Eccleſiæ Principum, doctrina eruditam, & glorioſo ſanguine conſecratam, religioſa animi alacritate concurrere. Feſtinate ad Locum, quem elegit Dominus: aſcendite ad hanc Hieruſalem novam, unde ab ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio Lex Domini, & Lux Evangelicæ veritatis in univerſas Nationes effluxit: Urbem tot, tantique a Deo beneficiis auſtam, tot muneribus cumulatam, ut Civitas Sacerdotalis, & Regia in ſuperbiam ſæculorum poſita, Civitas Domini, Sion Sancti Iſrael, jure optimo prædicetur. His vere confitebimini Deo in Eccleſia magna, in populo gravi laudabitis eum. Quandoquidem hæc ipſa Catholica, & Apoſtolica Romana Eccleſia, per Sacram Beati Petri Sedem Caput Orbis effecta, Mater eſt cunctorum credentium, fida Divinitatis Interpres, & Magiſtra omnium Eccleſiarum: Hic intemeratum fidei depositum, hic fons Sacerdotalis unitatis, hic Claves Regni Cælorum, & ſumma ligandi, atque ſolvendi poteſtas, hic demum inexhaustus ille Theſaurus Eccleſiæ Sacrarum Indulgentiarum, cujus diſpenſator eſt Romanus Pontifex, cuſtoditur.

§. 4. In viam pacis, & proſperitatis dirigat grefſus veſtros Omnipotens Dominus, & tribuat Vobis iter proſperum, tempuſque tranquillum, quatenus cum ſalute, & gaudio pervenire poſſitis ad Paſtorem Vobis in Terris divinitus conſtitutum, ut qui unum corpus ſumus in Chriſto, unanimes glorificemus Deum, ac in Sanctæ Eccleſiæ unitate, & Communione invicem collætemur. Uinam vero comites ſeſe vobis adjungerent, & ſacram hanc peregrinationem una vobis cum aggrederentur Filii olim noſtri, nunc autem deſertores, & tranſugæ, quorum Progenitores, veterum Romanorum Pontificum Prædeceſſorum Noſtrorum tempore, ad Sanctam ejuſmodi celebritatem ex omni Populo, & Natione frequentiffimos conveniſſe antiqua monumenta teſtantur. Nihil enim Nobis optatius, neque jucundius accidere poſſet, quam ut ipſi ad fidem Patrum ſuorum, a qua infeliciter cum manifefto æternæ ſalutis diſcrimine deſciverunt, revertentur, adeoque Nobis paterni amoris in ſinu eos excipere, & pari Pontificæ charitatis ſenſu complecti liceret. Qua ratione, & miſerum errantium ſtatim jugibus lacrymis deſlemus, & pro Paſtorali noſtra ſolicitudine aſſiduis, enixiſque votis a Divina Clementia flagitare non deſiſtimus, ut ipſis veritatis ſuæ lumen oſtendere non dedignetur, quatenus hæretica pravitate depoſita orthodoxam ſuſcipiant Religionem, abuptoque diſiſionis laqueo, Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, extra quam non eſt ſalus, unitatem, & communionem ſincero corde amplectantur.

§. 5. Vos autem, Venerabiles Fratres Noſtri Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, & Epicoſcopi in conſortium noſtræ ſolicitudinis advocati, Paſtores, & Magiſtri populorum, nunc poſtiſſimum exaltate, quaſi tuba, vocem veſtram annunciate Dominico Gregi tempus acceptabile, dies æternæ ſalutis, Annum ad redimenda peccata, ad ſalvandas animas inſtitutum, ut ſancti-

Votum pro proſpero itinere & reditu hæreticorum ad Catholicam Eccleſiam.

Præceptum Locorum Ordinarii, ut annuncient annum S. & doceant modum Indulgentias conſequendi.

ficetur.

Indictio præd. Anni cum forma lucrandi Indulgentias.

Invitatio ad Annum S. & hortatio ad pia opera.

ficetur, & Divina opitulante gratia disponatur ad ea caelestia munera rite suscipienda, quæ bonorum omnium largitor Deus filius dilectionis suæ per ministerium humilitatis nostræ destinavit. Docete omnes, si unquam alias, nunc maxime oportere, ut abiciant opera tenebrarum, & induantur arma lucis; Virtus fugiant, Virtutes sectentur, & unusquisque recedat a via sua mala, & revertatur ad Dominum in corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Docete insuper Sacros Indulgentiarum thesauros consequendi spem omnem inanem esse, nisi contrito, & humiliato corde unusquisque se præparet, & congruis Christiana pietatis operibus Divinam misericordiam sibi propitiare contendat. Qui vero substantiam hujus Mundi habent, Vobis admonentibus, discant facere sibi amicos de mammona iniquitatis; Pauperum inopiæ subveniant, & Peregrinos præcipue Romam venientes subsidiis adjuvent, hospitio excipiant, omnibusque humanitatis, & Christianæ Charitatis officiis prosequantur. Omnes autem (quod verus Ecclesiæ consuetudo, Apostolica voce laudata, Nos admonet) orent pro Regibus, & Principibus Christianis, ut Omnipotens Deus, Rex Regum, & Dominus Dominantium, illis plenam in utroque homine felicitatem, & pacem, veramque concordiam largiri dignetur. Eos porro, qui sacram hanc peregrinationem susceperint, paternis adhortationibus, & monitis instruite, qua cordis devotione, & modestia, quæve fraternæ pacis observatione ubique se gerere debeant, ut Christi bonus odor sint in omni loco: Non seculi curiosa sectentur; non vanis intendant fabulationibus, sed Divinarum rerum colloquiis, hymnis etiam, & canticis spiritualibus viarum labores, & incommoda levare studeant. Avertant in itinere oculos suos, ne videant vanitates, nec illicitis cupiditatibus, aut secularibus desideriis a suscepto pietatis proposito se avocari patiantur. Sic bonas faciant vias suas, & ambulantes in semitis justitiæ digni fiant Angelo Dei Comite, ad hanc S. Civitatem cum exultatione deduci; ubi adorabunt Dominum in Atrio Sancto ejus; Intrabunt portas ejus in confessione, portas Justitiæ, quibus facilis ad Divinam misericordiam præstatur accessus, & ad caelestium benedictionum thesauros acquirendos felix aditus aperitur. In omnibus autem, Venerabiles Fratres, præbete vos ipsos, & omnem Clerum exemplum bonorum operum, & formam Gregis ut vestræ virtutis, ac religionis veluti sale, cæteri condiantur; Dumque in Vos, tanquam in speculum, oculos conjiciunt, ex actionibus vestris fumere possint, quod imitentur.

Admonitio Potentibus, ut eipem suam conferant.

§. 6. Postremo Charissimos etiam in Christo Filios Nostros Imperatorem electum, ac Reges, & Principes omnes Catholicos hortamur; & in Domino obsecramus, ut quo plura, & magis illustria beneficia ab Eo, per quem Reges regnant acceperunt, tanto ardentius, ut par est, ad Dei gloriam promovendam, & Sanctam ejus Ecclesiam propugnandam, pio zelo excitentur; præcipue vero Venerabilium Fratrum Nostrorum Episcoporum, & Superiorum Antistitum Pastorem sedulitatem, ac vigilantiam adjuvent, & a suis quoque Magistratibus, ac Ministris adjuvari mandent. Maxime autem erga Peregrinos beneficentiam, & liberalitatem exercent, curentque, ut tutis incedant itineribus, & nulla perditorum hominum vexatione perturbentur; Sed hospitalibus Domibus, & publicis hospitibus amanter excepti, & commeatu, rebusque ad vitam necessariis recreati, sine ulla concussionem, & injuria institutum iter læti peragant, & cum gaudio in Patriam revertantur.

§. 7. His enim hostiis Reges potissimum, & Principes Deum sibi propitium reddent, ut diu in tercis felicem, & tranquillam vitam agant, ac de-

num in æterna Tabernacula recipiantur ab illis ipsis pauperibus, erga quos misericordiam exercent, in quibus Christus nascitur, & nutritur.

§. 8. Ut vero præsentem literæ ad Omnium Fidelium, quibuscumque in locis existentiam, notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, ac Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ sigillo munitis, eandem prorsus adhiberi fidem, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Indictionis, promulgationis, Concessionis, impartitionis, hortationis, rogationis, & voluntatis infringere, aut ei temerario ausu contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV., Sexto Kalendarum Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. Cardinalis Prodatarius.

F. Cardinalis Oliverius.

V I S A

De Curia I. C. Archiepiscopus Amasenus.

Loco ✠ Plumbi.

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini Millesimo Septingentesimo vigesimo quarto, Indictione secunda, die vero vigesima nona Junii Festo Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Benedicti Divina providentia PP. XIII. anno primo, præsentem literas Apostolicas in Atrio Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ de Urbe, adstante Populo, legi, & solemniter publicari.

Publicationes Anni Sancti.

Ego I. C. Archiep. Amasenus Abbreviator de Curia.

Anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo vigesimo quarto, Indictione secunda, die vero 29. Junii Pontificatus SS. D. N. Benedicti Papæ XIII. Anno primo, supradictæ literæ Apostolicæ in Atrio Basilicæ Principis Apostolorum, ut supra, publicatæ, ad valvas ejusdem Basilicæ affixæ fuerunt, ac eadem postea publicatæ in Basilicis S. Pauli, Lateranensibus, & Sanctæ Mariæ Majoris, & ad earum valvas affixæ fuerunt, prout similiter ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis Urbis, dimissis copiis, ut moris est, per Nos Joannem Trifellium, & Joannem del Rè SS. D. N. Papæ Cursores.

Petrus Romolatus Mag. Curs.

Iterum eisdem anno, & Indictione, die vero decima septima Mensis Decembris, Dominica tertia Adventus Domini, Pontificatus præfati Sanctissimi Domini Nostri Anno primo, supradictæ literæ Apostolicæ apud Portam Majorem Palatii Pontificii Vaticani lectæ, & publicatæ fuerunt per Nos infra scriptos Subdiaconos Apostolicos.

Joannes Benedictus Gentilott. Sac. Rotæ Auditor.  
Federicus Cornelius Sac. Rotæ Auditor.

Eisdem vero, Indictione, & die, supradictæ literæ Apostolicæ præ foribus Basilicarum Sanctorum Petri, & Pauli, necnon Lateranensis, & Librarianæ, prout ad valvas Cancellariæ Apostolicæ, &

Magnæ

Magnæ Curia Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, aliisque locis consuetis Urbis publicatæ, & affixæ de more fuerunt per Nos Joannem Trifellium, & Joannem del Rè SS. D. N. Papæ Cursores.

*Idem Trifellius Curs. Mag.*

XI.

Conceditur Indulgentia plen. perpet. visitantibus Ecclesias Monasteriorum Ordinis Cisterciensis die festo S. Stephani Tertii Abbatis Cistercii.

*De Indulgentiis totius Ordinis Cisterciens. & Monasteriorum Germaniæ Super., Monachis Provinc. Silesiæ communicatis vide Clem. XI. Const. ed. 1716. Cl. 8. P. 16. De confirmatione omnium Privilegiorum totius Ord. vide Const. ed. 1728. Januarii 25. P. 5.*

Dat. 4. Julii  
1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**I**njuncta Nobis divinitus Apostolicæ servitutis ratio postulat, ut cælestium munerum Thefauros dispensationi Nostræ a Domino creditos fideliter erogemus, cum id ad augendam in Terris, Sanctorum in Cælis cum Christo regnantium venerationem excitandamque, & conservandam erga illos fidelium devotionem, ac ad animarum salutem speramus in Domino profuturum.

Preces Procuratoris Generalis pro concessione dicte Indulgentiæ.

Concessio prædicta.

§. 1. Supplicationibus itaque dilecti filii moderni Procuratoris Generalis totius Ordinis Cisterciensis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere pœnitentibus, & confessis, ac sacra communione receptis, qui aliquam ex Ecclesiis quorumcumque Monasteriorum dicti Ordinis tam hæcenus erectis, quam in posterum quandocumque erigendis, & ubicumque locorum existentibus die festo S. Stephani Tertii Abbatis Monasterii Cistercii, & ejusdem Ordinis legislatoris a primis vespere usque ad occasum Solis diei hujusmodi annis singulis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valiturus.

Clausulæ.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XII.

Suspenduntur quæcumque Indulgentiæ, vertente Anno Universalis Jubilæi Millesimo Septingentesimo Vigesimo Quinto.

*Dictum Jubilæum indictum fuit Const. ed. 1724. Junii 26. P. 1.*

Dat. 6. Julii  
1724. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.*

Causæ præsentis suspensionis.

**C**um Nos nuper Sancti Jubilæi celebrationem a Vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu

Christi proxime futuræ inchoandam, & usque ad finem sequentis anni duraturam universo Populo Christiano, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium assensu, indixerimus, ac omnibus utriusque sexus Christianis vere pœnitentibus, & confessis, qui Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, necnon Sancti Joannis Lateranensis, & Sanctæ Mariæ Majoris de Urbe Basilicas visitaverint, plenissimam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, remissionem, & veniam concesserimus, prout in nostris desuper confectis literis plenius continetur; Cupientes ut Christianæ Nationes ex omnibus Terrarum Orbis locis in Alma Urbe nostra in Fidei, ac Religionis unitate congregatæ, eodem pietatis, ac devotionis spiritu Basilicas prædictas, quo maximo fieri poterit concursu, durante eodem Jubilæo, visitent, & frequentent multorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo adducti, omnes, & singulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, ac facultates, & Indulta absolvendi, etiam a casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in literis die Cænarum Domini legi solitis contentis, quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, Domibus, Militiis, Ordinibus, etiam Mendicantium, Congregationibus, Confraternitatibus, etiam Laicorum, Universitatibus, & piis locis, illorumque Ordinibus, Capitulis, Conventibus, Magistris, Superioribus, & tam Secularibus, quam quorumvis, etiam Mendicantium Ordinum Regularibus personis, Coronisque, Granis, Imaginibus, & Numismatibus ex metallo, seu quacumque alia materia confectis, tam singulariter, quam universaliter per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, aut ipsis etiam Imperatori, Regibus, Ducibus, & Principibus, vel aliis quacumque alia mundana, vel Ecclesiastica dignitate, etiam speciali nota digna, fulgentibus, etiam ad instar Jubilæi, aut alias quomodocumque, & ex quibusvis causis, & occasionibus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac alias quomodolibet concessas, & concessa, quorum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta præsentibus pro expressis haberi volumus, Apostolica auctoritate, de eorundem Fratrum consilio, & assensu, ac potestatis plenitudine, suspendimus, & suspensas, ac suspensa esse declaramus, easque, & ea, eodem anno durante, nulli prodesse, aut suffragari debere. Irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca per præsentem auctoritate Apostolica præcipimus, & mandamus, ne interim aliæ, quam indicti a Nobis prædicti Jubilæi, Indulgentiæ sive publicæ, sive privatim, quovis prætextu, ubi vis locorum, & gentium sub excommunicationis eo ipso incurrendæ, aliisque arbitrio Ordinarium infligendis pœnis publicentur, vel nuncientur, aut in usum demandentur. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, Ordinum, Congregationum, Hospitalium, Confraternitatum, Universitatum, Collegiorum, & locorum, aliorumque prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, exemptionibus, & Indultis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, & personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & dictam Sedem, ejusque Legatos, sub quibuscumque tenoribus,

Suspensio prædicta Indulgentiarum.

Clausulæ derogatoriæ.

& for-

& formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, & ex quibusvis causis concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam in illis caveatur expresse, quod sub similibus, vel dissimilibus suspensionibus nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis, & individua mentio fiat, illis alias in suo robore permanentibus, ad affectum præmissum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile nimis esset præsentibus quocumque ubi illis opus fuerit, perferri, volumus earum exemplis, etiam impressis Notarii publici manu, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obfirmatis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra ubique locorum adhiberi, quæ adhiberetur præsentibus, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ suspensionis, declarationis, Decreti, præcepti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo Septingentesimo Vigesimo quarto, Prædie Nonas Julii Pontificatus Nostri Anno Primo.

XIII.

Declaratur, & ampliatur Constitutio Innocentii XII. de exemptione Præsulum Regni Neapolis a Spoliis Cameræ Apostolicæ debitæ, cum quibusdam Ordinationibus.

Laudata Constitutio ed. fuit 1693. Jan. 30. P. 3. Et hac de re vide Pii IV. Constit. ed. 1564. Nov. 25. P. 5.

Dat. 11. Julii 1724. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

**S**acrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ Divina dispensatione commissum salubriter exequi satagentes ad ea potissimum, per quæ Ecclesiarum quarumcumque decori, commodis, ac utilitati prospicitur, providoque consilio ad illarum favorem disposita a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris facta, recta, ac inviolata custodiuntur, vel etiam, ubi rerum, locorum, ac temporum conditio ita postulet, declarantur, & ampliuntur, Pastoralis sollicitudinis nostræ curas libenter convertimus, susceperuntque Ministerii partes propensa charitate desuper interponimus, prout omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, expedire in Domino arbitramur.

Epitome præd. Constitutionis Innocentianæ.

§. 1. Sane alias felic. record. Innocentius Papa XII. Prædecessor noster animo secum reputans in Regno Neapolitano ingentem extare numerum Metropolitanarum Cathedralium, & aliarum quibus Prælati inferiores seu dignitates quasi Episcopalem jurisdictionem, seu Ordinariorum jura habentes præsent, Ecclesiarum, congruis pro majori parte carentium redditibus, adeoque illa, quum Dei Domus exposceret, majestate, & eleganti structura, necnon decenti suppellectile Sacra, & Ministris Ecclesiasticis sufficientibus, ac idoneis, cæterisque Divino cultui necessariis ob earum inopiam, vel non opulentiam, ut plurimum destitutarum: simulque considerans multiplices angustias, & graves molestias, quibus Venerabiles Fratres earumdem Ecclesiarum Archiepiscopi, & Episcopi, ac alii Prælati inferiores, dum agritudine premebantur, & aliquando etiam in extremis laborabant,

a Subcollectoribus spoliatorum, sub prætextibus assecurandi jura ad Cameram nostram Apostolicam pertinentia, identidem vexari, ac perturbari consueverant: a spolio, & quocumque alio jure ejusdem Cameræ Apostolicæ exigendi, & percipiendi pecunias, res, effectus, mobilia, se moventia, & alia bona, etiam stabilia, cuiuscumque pretii, valoris, speciei, qualitatis, & quantitatis per memoratos Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos inferiores dicti Regni ex redditibus suarum Ecclesiarum quomodocumque acquisita, necnon fructus naturales a solo separatos, & civiles tempore mortis perceptos, seu exactos ex redditibus præfatarum Ecclesiarum, etiam inconsumptos, & incommixtos, non tamen pendentes, seu inexactos, ex speciali dono gratia, perpetuis futuris temporibus, dictos Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos inferiores Regni præfati omnino exemit, & liberavit ad effectum tamen, & non alias, aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad antedictas Metropolitanas, aliasque Cathedralis, & reliquas, quibus ipsimet Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati inferiores præfuerint, illisque non indigentibus quibus ipsimet Archiepiscopi, & Episcopi, seu Prælati inferiores præfuerint, illisque non indigentibus ad Parochiales Ecclesias eorum Regimini commissas spectare, ac ad earumdem favorem, beneficium, & utilitatem prorsus cedere, converti, & erogari deberent; pluraque alia statuit, atque dissolvit, quæ in Constitutione a memorato Innocentio Prædecessore desuper edita anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, tertio Kalen. Februar., Pontificatus sui anno Tertio, quæ incipit - *Inscrutabili* - plenus, ac uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut accepimus postquam ejusmodi Constitutio promulgata fuit, debitæque executioni demandari cepit, Dilecti filii prædictæ Cameræ nostræ Apostolicæ Thesaurarius Generalis, & Commissarius itidem Generalis, necnon spoliatorum in memorato Regno Neapolitano Collectores, & Subcollectores, præterderint sub eadem Constitutione minime comprehendendi, nec comprehensa censeri debere spolia bonorum, & fructuum quorumcumque, spectantium ad Archiepiscopos, Episcopos, & alios Præsules inferiores decedentes extra fines Ecclesiarum, & Diocesum, apud quas personalem residentiam facere tenebantur; Eo quia præfatus Innocentius Prædecessor in antedicta Constitutione non modo expresse, quemadmodum opus erat, non derogaverit, sed nec ullam prorsus mentionem fecerit literarum Apostolicarum *rec. mem. Pii Papæ IV. Prædecessoris etiam nostri*, quarum initium est - *In Suprema* - editarum anno Incarnationis Dominicæ 1564. VII. Kalendas Decembris, Pontificatus sui anno Quinto, quibus bona omnia ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos, ac alios quoscumque Beneficiatos, extra residentiam defunctos pertinentia, tanquam spolia, ad Cameram Apostolicam legitime spectare aperte decernitur, & cavetur; adeoque cum post obitum memorati Innocentii Prædecessoris nonnulli Archiepiscopi, & Episcopi præfati Regni Neapolitani extra residentiam ex hoc seculo migraverint, & in controversiam vocari contigerit, an eorum bona spolio subijci deberent, discussio rite, ac ordine dubio in Congregatione nostra spoliatorum nuncupata, resolutiones prodierint eidem Cameræ favorabiles, & in executionem ejusmodi resolutionum in præfatis casibus spolium subinde factum, ac prædictæ Cameræ se ipsa applicatum fuerit.

§. 3. Nos itaque animadvertentes memorato Innocentio Prædecessori in præfata Constitutione non aliam fuisse mentem, atque Consi-

An in ipsi comprehenderentur Præsules extra Diocesim decedentes, addubitatum est.

Causæ præfatis Declarationis, & ampliationis.

lium

Declaratio,  
& ampliatio  
præd. ex mo-  
tu proprio  
pro Præfubi-  
bus extra Re-  
sidentiam de-  
cedentibus.

Ordinatio-  
nes præd.

Ex Spoliis  
fiant Dotes  
applicandæ  
duntaxat Ec-  
clesiarum Fa-  
bricæ a Præ-  
fule cum Ca-  
pituli consi-  
lio.

lium, nisi ut Metropolitanarum, Cathedralium, aliarumque Ecclesiarum prædictarum angustias sublevaret, quæ nobis etiam ipsis abunde notæ sunt, atque perspectæ, cum in eodem Regno non modo nati, ac diu versati simus, verum etiam ibidem, dum Cardinalatus fungeremur honore, Sipontinæ primum, ac deinde Beneventanæ, Metropolitanis Ecclesiis, priori scilicet per triennium, & posteriori triginta octo circiter annorum spatio, quousque ad Apostolicæ Dignitatis fastigium Divina Clementia nos extulit, præferimus: & potissimum opportune provideret, ea quæ Sacris suppellectilibus, & reparationibus indigerent, congruumque subsidium ab earum Prælatibus viventibus non accepissent, saltem post illorum obitum ex eorum bonis juvari, reparari, ornari, rebusque ad Divinum præsertim cultum necessariis instrui possent; ac proinde æquum esse censentes, ut nullum in hac materia constituitur discrimen inter Prælatos extra residentiam, vel in residentia decedentes, cum eorum factum obesse minime debeat Ecclesiis, quarum favor, utilitas, & beneficium in eadem Innocentiana, Constitutione principaliter consideratum, atque Pontifici, quemadmodum ex toto illius tenore manifeste colligitur, propositum in primis fuit; Hinc igitur est, quod nos omnem de cætero controversiarum, ac litium occasionem e medio auferre, præfatarumque Ecclesiarum quieti, & tranquillitati, & commodo, quantum in Domino possumus, consulere cupientes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Nobis attributæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, decernimus, & declaramus memoratas literas Apostolicas Innocentii Prædecessoris suum integrum, plenarium, ac omnimodum effectum, & executionem in posterum sortiri, ac obtinere debere in prædicto Regno Neapolitano, perpetuis futuris temporibus, etiam in casibus, in quibus Archiepiscopos, Episcopos, & inferiores Prælatos supradictos extra residentiam obire contigerit; & quatenus opus sit, easdem literas Apostolicas ad omnes, & singulos ejusmodi, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus extendimus, & ampliamus; præfatisque Pii IV. Prædecessoris de spoliis Prælatorum, & Clericorum extra residentiam decedentium, ac omnibus aliis aliorum Romanorum Pontificum, si quæ sint Constitutionibus, etiam peculiari, & individua nota dignis, ea tantum parte, in qua præfati nostræ Constitutioni adversari dignoscuntur, illis alias in sua firmitate, ac robore permanentibus, specialiter, & expresse, ac amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus.

§. 4. Per præfentes tamen casibus, qui hucusque evenerunt, normam præscribere, & spolia hæcenus facta, dictæque Cameræ Apostolicæ in executionem resolutionum memoratæ Congregationis spoliatorum, ut præfertur, applicata irritare, seu revocare non intendimus; quin etiam ea legitime facta, & recte applicata fuisse decernimus, & sancimus, mentemque, ac voluntatem nostram esse, ut hæc nostra dispositio in futuris tantum casibus locum habeat, & observetur, expresse declaramus.

§. 5. Præterea cum ob rationes superius expositas probe compertum, exploratumque habeamus antedictas Archiepiscopales, Episcopales, & alias præfati Regni, quæ ab inferioribus Prælatibus reguntur, Ecclesias (excepta tantum Metropolitana Beneventana, cui nos ipsi, regiminis nostri tempore, Dotem annui redditus mille ducatorum monetæ ejusdem Regni ex propriis nostris pecuniis in fundis, & Capitalibus fructiferis pro perpetua illius fabricæ reparatio-

ne, ac maintenance constituimus, & assignavimus), omni penitus carere dote, fundo, seu alio congruo subsidio, cujus annuo proventu illarum ædificia opportune reparari, & conservari, ac ubi necessitas id exposcat, etiam reedificari, pristinumque in statum restitui valeant; ac propterea, æquum justumque, immo etiam necessarium existimemus, ut miseræ earum conditioni, & indigentia aliquo modo prospiciatur; motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus statuimus, sancimus, & decernimus, ac insuper in virtute sanctæ obedientiæ præcipimus, & mandamus, ut ex spoliis, quæ memoratis Præfibus dicti Regni tam in Residentia, quam extra eam, ut præfertur, decedentibus, nemine prorsus excepto, in posterum fieri contigerit, quidquid in reparationem Ecclesiarum, aut alios pios, & necessarios in prædicta Innocentiana Constitutione, præscriptos usus, vel in alia a defunctis Præfibus, juxta facultatem illis in eadem Constitutione traditam, designatâ pia, & congrua opera erogatum expensumque non fuerit, a Successoribus eorundem Præfatum, cum suorum Capitulorum scientia, & consilio; ex integro inveniantur, & collocetur in fundis, seu Capitalibus tutis, securis, atque fructiferis pro Dote Fabricæ singularum Ecclesiarum prædictarum; ac ejusmodi Dotium annuus proventus non in alium usum, quam reparationis, & maintenance Fabricæ earundem Ecclesiarum ab uniuscujusque Præfibus, cum scientia patris, & consilio suorum Capitulorum, in occurrentibus casibus, erogetur: Et quotiescumque dictas Ecclesias reparatione non indigere constiterit, annui etiam fructus, & fructuum fructus Dotium prædictarum in aliis Fundis, & Capitalibus tutis, atque fructiferis eodem prorsus modo reinvestiantur, & collocentur, ad hoc, ut ipsamet dotes majora in dies, benedicente Domino, suscipiant incrementa, adeoque earum redditus supportando reparationis Fabricæ ipsarum Ecclesiarum oneri satis esse possint. Quæ sane reinvestmenta pro Dote Fabricæ earundem Ecclesiarum nedum utiliora, sed magis etiam consentanea, atque conformia intentioni memorati Innocentii Prædecessoris fore arbitramur, quam si quidquid supererit ex prædictis spoliis, in emptionem suppellectilis voluptuosæ, vel non necessariæ, vel Ecclesiæ qualitatem excedentis, quemadmodum hæcenus ob male intellectam prædictæ Constitutionis mentem non semel evenisse comperimus, erogaretur. Cæterum super præmissis omnibus, ac præsertim super iis, quæ rectam, & fidelem præfatarum Dotium administrationem respicient, eorundem Archiepiscoporum, Episcoporum, & Prælatorum inferiorum, atque etiam Capitulorum conscientiam districte oneramus.

§. 6. Decernentes easdem præfentes Literas & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod supradicti, & alii quicumque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, aut habere prætendentes iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & formali, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam vocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus posse, sed easdem præfentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter

Clauſula.

observari: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon Cameræ præfatae Thesaurarium Generalem, & Præsidentes Clericos, Congregationem Spoliorum nuncupatam, nostrum, & Sedis Apostolicæ in dicto Regno Neapolitano pro tempore Nuncium, & Collectorem, aliosque quoscumque qualibet auctoritate, præminencia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, aliisque nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, & Ordinationibus quibuscumque, ac præfati Pii IV. de gratiis qualescumque interesse dicte Cameræ concernentibus intra certum inibi expressum tempus exhibendis, & registrandis, ita ut easdem præfentes literas ibidem exhiberi, & registrari nunquam necesse sit, aliisque quibuscumque Apostolicis, & in Provincialibus, ac Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum præfatarum, ac Nunciaturæ Neapolis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, Decretis, usibus, statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, & Indultis, ac Literis Apostolicis sub quibusvis tenoribus, & formis cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & irritantibus, aliisque Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, ac etiam pluries confirmatis, & innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, plenissime derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensa.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, declarationis, ampliacionis, extensionis, mandati, sanctionis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quarto, quinto Idus Julii Pontificatus nostri Anno Primo.

Instituitur Promotor Generalis Fisci pro patrocinio Causarum Curiarum Ecclesiasticarum.

Clementis XI. Const. edit. 1705. Januarii 21. P. 5. deputatur Vices - gerens Judex privationis omnium Causarum Domus Catechumenorum, & Neophitorum Urbis.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AVendo Noi molto bene considerato, ed anche coll'esperienza quando eravamo in minoribus riconosciuto di qual peso insoffribile fosse alle Prelati Ecclesiastici Secolari, e Regolari il dover sostenere in questa Curia Romana le Liti, e Controversie, che dalli Rei Inquisiti si introducono con ricorso, o appellazione dalli loro Decreti, e Giudicati, talmente che li più di essi per non fogggiacere a tali dispendj, che ridondano in pregiudizio delle Diocesi, e de' poveri Diocesani, e delle Religioni rispettivamente lasciano correre le Cause indifese nelle seconde, ed in altre ulteriori istanze, da che ne deriva, che non dandosi alli Giudici per parte delle Curie quelle necessarie Informazioni riesse spesso alli Delinquenti di estorcere le assolutorie sentenze in publico detrimento della Giustizia, e con scandalo di quelli, che bene informati della verità nelle Diocesi, e nelle Religioni vedono andare impuniti li delitti, provenendo da ciò la perseveranza de' Cattivi nel male, e la sovversione de' Buoni dal ben vivere. Onde fù sempre da Noi sommamente desiderato di vedere dato opportuno riparo a tali perniciose conseguenze everse del buon costume, e della Disciplina Ecclesiastica, per mantenimento di cui devesi ogni Superiore con tutto studio, e vigilanza impiegare. Quindi è, che essendo piaciuto alla Divina Provvidenza di elevarci, abbenche senza alcun nostro merito, al Supremo Apostolato, e riconoscendo Noi essere parte dell' obbligo della nostra Pastoral sollecitudine l'invigilare affincè col castigo delli Delinquenti gl' altri s'emendino, e si fradichino li vizj, che sono infettivi de' buoni, abbiamo, dopo una matura considerazione, determinato di dare il dovuto rimedio all' enunciate perniciose conseguenze con liberare li Prelati, e Superiori Secolari, e Regolari dal dispendioso peso di promuovere in questa Curia le ragioni Fiscali in difesa de' loro Giudici, provvedendo perciò alli medesimi di Ministro capace d'integrità, e di speranza, che come Promotore Fiscale Generale debba per le sudette Curie Ecclesiastiche dedurre in Giudizio le ragioni, e fare tutto ciò, che per una buona, e Canonica difesa, sarà necessario, ed opportuno.

§. 1. Volendo dunque ridurre ad effetto questa nostra determinazione di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta creamo, istituimo, e stabilimo in perpetuo l'Offizio di Promotore Fiscale Generale per le sudette Curie Ecclesiastiche, che debba essere esercitato da Persona da deputarsi da Noi, e da' nostri Successori, la quale abbia le sopra enunciate qualità per impiegarle con tutta l'attenzione nella difesa, e patrocinio nelle Cause Criminali per le Curie Ecclesiastiche sudette, che sono state introdotte, ed ancora si trovano pendenti, e che in avvenire s'introdurranno in grado d'appellazione, o ricorso avanti li Tribunali, e Congregazioni competenti di questa nostra Città di Roma. Ed affincè il Promotore Fiscale Generale sudetto possa, e debba con

XIV.

Dat. 12. Julii  
1724. An. 1.

Cause præfentis Motus proprii.

Instituitur prædicti Promotoris.

Cui assignantur 25. scuta menstruatim.

tutta

tutta l'attenzione applicarsi a questo suo impiego gli destiniamo, & assegnamo per sua provvisione, ed emolumento mestrii scudi venticinque da pagarli di Mese in Mese dalla nostra Camera Apostolica, con ordine, e mandato del nostro Tesoriere, della qual provvisione vogliamo, che debba restar contento, senza che possa pretendere dalli Prelati Secolari, o Regolari alcun' altra recognizione a titolo, e per ragione di onorarj per le sue funzioni, e fatiche se non che le pure spese per il porto delle Lettere, talmente che facendo altrimenti debba esser soggetto alle pene anche gravi, e gravissime a nostro arbitrio, e delli nostri successori. E perche la nostra intenzione è, che per un efficace, e valido patrocinio delle sudette Cause goda il Promotor Fiscale Generale di tutti quelli mezzi necessarj, ed opportuni, che godea il Procurator Generale del Fisco, e della nostra Camera Apostolica, vogliamo, ed ordiniamo, che debba intervenire, ed assistere nella Congregazione Criminale dell' Uditore Generale della medema nostra Camera Apostolica, nel di cui Tribunale specialmente si sogliono agitare, e giudicare simili Cause. Volendo parimente, che si debbano comunicare gratis al detto Promotor Fiscale li Processi, e tutti gl'atti come appunto si comunicano al Fisco, siccome eseguire gratis le Citazioni, come s'eseguiscano per l'istesso Fisco, e che alle spese necessarie delle Copie, e Stampe delle Scritture tutte facienti per dette Cause provveda la nostra stessa Camera Apostolica nella forma appunto, e secondo, che si pratica per il sudetto Fisco dal nominato Procurator Fiscale Generale. Et acciò che detto Promotor Fiscale sia udito in qualsivoglia atto, vogliamo, che debba essere in tutte, e singole sudette Cause citato in Giudizio con sottoscrivere esso le Citazioni nel modo, e forma, che si sottoscrivono dal detto Procurator Fiscale, talmente che non essendo sottoscritta alcuna Citazione, nè citato detto Promotore sia l'atto soggetto al vizio di nullità per difetto di Citazione. Dichiarando però, che il presente nostro Moto proprio in tutte, e singole parti quivi disposte debba aver luogo solamente in quelle Cause nelle quali si faranno l'istanze in nome delli soli Promotori Fiscali, per debito del loro officio, e non già quando instassero in Giudizio, e volessero allegare, e scrivere in difesa delle proprie ragioni gl'aderenti al Fisco, talmente, che in questi casi non dovrà il detto Promotor Fiscale Generale esser tenuto ad alcuna opera, nè la nostra Camera Apostolica soccombere a veruna spesa, ne alcun' altro sentire qualsivoglia peso, o incommodo.

§. 2. Vogliamo per ultimo, e decretiamo, che la Congregazione delli Vescovi, e Regolari, e l'Uditore Generale della nostra Cam. Apostolica debbano rispettivamente invigilare per la piena osservanza di tutto quello, che viene da Noi disposto, e ordinato nel presente Moto proprio, e che questo da registrarli per gl'atti del sudetto Uditore della Camera, e del Notaro della medema Congregazione de' Vescovi, e Regolari nelli suoi Libri, abbia in ogni tempo il suo pieno effetto, vigore, ed esecuzione, e contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obreazione, mancanza della nostra volontà, ed intenzione, ne qualsivoglia difetto, benchè degno d'espressa, speciale, ed individua menzione, e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare, dichiarando nullo, ed irritato tutto ciò, che da qualunque persona in contrario scientemente, o ignorantemente si facesse, o s'attentasse non ostanti quanto a tutte, e singole cose premesse, che non ci siano stati citati, ne sentiti chi vi avesse, o potesse avere interesse, la Regola della nostra Cancel-

laria de Jure quesito non tollendo, le facoltà, e Privilegj conceduti a tutti li sopradetti, la Bolla della riforma di Paolo V., ed ogni, e qualunque altra Costituzione, ed Ordinatione Apostolica de' nostri Predecessori, Leggi Civili, e Canoniche, Statuti, Riforme, Usi, Stili, e Consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario alle quali tutte, e singole avendo il loro tenore qui per espresso, e di parola in parola inserito per l'effetto sudetto, e per questa volta sola pienamente deroghiamo, perchè tale è la nostra certa, espresa, e determinata volontà, e mente.

Dato dal nostro Palazzo Apostol. Quirinale questo di 12. Luglio 1724.

Benedictus PP. XIII.

Declaratur Mens Pontificis circa Jubilæum initio sui Pontificatus indictum.

XV.

Dictum Jubilæum indictum fuit Const. ed. 1724. Junii 10. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 14. Julii 1724. An. 1.

Universis Christianidelibus presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Nuper per alias nostras in simili forma Brevis die 10. Junii proxime præteriti expeditas, ac in locis solitis, & consuetis Almæ Urbis nostræ affixas literas, ut devotionem vestram ad divinam opem initio nostri Pontificatus pro salubri Ecclesiæ Catholicæ regimine nobiscum implorandam excitaremus, vobis omnibus, & singulis tam in eadem Urbe, quam extra eam degentibus confectis, & sacra Communione reffectis, aliaque pietatis opera in ipsis literis præscripta peragentibus, plenissimam omnium peccatorum vestrorum Indulgentiam, & remissionem, sicut in Anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesias concedi consuevit, auctoritate Apostolica concessimus, ac Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & Ecclesiarum Prælati, atque Ordinariis Locorum ubicumque existentibus, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis, qui curam animarum exercent, mandavimus, ut cum dictarum literarum transumpta, aut exempla etiam impressa accepissent, illa statim per suas Ecclesias, & Dioceses, Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicarent, & publicari facerent, & alias, prout in literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Refertur Jubilæum præd.

§. 1. Cum autem Nos probe agnoscentes Pastoralis nostram curam, & sollicitudinem in Catholica Fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda potissimum sitam esse, ac propterea licet memoratæ literæ universis Christianidelibus, quos gerimus in paterni affectus visceribus, inscriptæ, ac directæ fuerint, illarumque publicatio Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælati, Ordinariis, cæterisque personis supradictis demandata sit, ut præfertur, animo tamen fuerimus maxime alieni ab iisdem literis inscribendis, ac dirigendis, earumve publicatione, sive executione demandanda illis, qui a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Communione Ecclesiastica separati reperiuntur; nihilominus omnem dubitandi occasionem remove, vosque de nostra in præmissis mente, ac voluntate certiores red-

Causæ frequentis declarationis.

Necnon eadem fere jura Procuratoris Gener. Fisc.

IVX

Exceptio nonnullarum Causarum.

Clausula.

1724.  
Declaratio  
præd. qua  
notum fuit  
jubileum  
respexisse fi-  
deles tantum.  
ejusque  
executionem  
demandam  
fuisse  
legitimis Pa-  
storibus.

dere volentes, auctoritate Apostolica tenere præsentium declaramus, vobisque omnibus, & singulis notum, palamque facimus nostræ intentionis nullatenus fuisse literas præfatas inscribere, ac dirigere, earumque publicationem, seu executionem committere illis, qui per Romanos Pontifices Prædecessores nostros ab eisdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ charitate segregati fuerunt, ac cum quibus proinde nulla Nobis, & ipsi Romanæ Ecclesiæ Communio Ecclesiastica existit, & si dictas literas per eos, qui ab ejusmodi Communionem separati sunt, publicari, seu executioni demandari contingat, vel forte jam contigerit, vobis auctoritate præfata harum serie denunciamus id contra mentem, voluntatem, ac intentionem nostram esse, ac fuisse, quandoquidem Nos Decretis, & Constitutionibus eorumdem Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum adversus illos editis firmiter in hærentes, sicuti semper, benedicente Domino, in hærentes sumus, eos, nisi resipuerint a communis societatis charitate prorsus alienos ab omnibus haberi, ac cenferi volumus, & intendimus.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & quosvis alios qualibet auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, interpretari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Claufulæ.

§. 3. Non obstantibus literis prædictis, ac quibusvis Apostolicis, & in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, vel Ordinationibus, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Julii Pontificatus nostri Anno Primo.

XVI.

Conceditur Indulgentia plen. perp. visitantibus Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Joannis Dei Congregationis Hispaniarum die festo S. Caroli Borromæi dicti Ordinis dum vixit Protectoris.

*Similis Indulgentia concessa fuit in festo S. Petri de Alcantara pro Ecclesiis Fratrum Minorum Conventualium a Clem. XI. Const. ed. 1716. Julii 19. P. 16. Et hujus Const. ed. 1714. Julii 4. P. 1. concessa iridem fuit in festo S. Stephani tertii Abbatis Cistercii pro Ecclesiis Ordin. Cisterciensis.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 14. Julii 1724. An. 1.

Universis Christianis presentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Concessio prædictæ Indulgentiæ.

Ad augendam fidelium religionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ thesauris

ria pia charitate intenti omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis vere penitentibus, & confessis, ac sacra Communionem refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Ordinis S. Joannis Dei Congregationis Hispaniarum ubicumque existit, die festo S. Caroli Borromæi dum vixit dicti Ordinis Protectoris a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac S. Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus: Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 1. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Claufulæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Decernitur continuatio Visitationis Apostolicæ Cleri Romani, Ecclesiarum, & Locorum Piorum Urbis.

XVII.

*De institutione hujus Visitationis vid. Innoc. XII. Const. ed. 1693. Jan. 12. P. 2. Pro continuatione vero, vid. Clem. XI. Const. ed. 1701. Jan. 14. P. 1. Et Innoc. XIII. Const. ed. 1721. Maji 28. P. 1.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 15. Julii 1724. An. 1.

Ad futuram rei memoriam.

Cum fel. rec. Innocentius PP. XII. Prædecessor noster, circa Pontificatus sui primordia Pastorem Cleri Romani, omniumque Urbis hujus Ecclesiarum, piorumque locorum, & operum visitationem instituerit, eamque ipsemet in Patriarchalibus ejusdem Urbis Ecclesiis inchoaverit, ac sibi in eo munere Adjutores nonnulli ex Sacro Venerabilium Fratrum nostrorum tunc suorum S. R. E. Cardinalium Collegio delegerit, & assumpserit, eisque quosdam Romanæ Curie Prælatos, & alios subinde Cardinales adjunxit, qui visitationem ipsam peragerent, & negotia illam concernentia expedirent, ac Secretarium, Commissarium, & Fiscalem, aliosque forsitan Officiales, & Ministros Sacræ Visitationis hujusmodi deputaverit variasque eisdem Cardinalibus, ac eorum, & dictorum Prælatorum Congregationi, necnon Officialibus, & Ministris prædictis facultates, præminentias, & Indulta concesserit, & impartitus fuerit, & alias prout in diversis ipsis Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberius continetur.

Visitatio prædicta ab Innocentio XII. instituta.

§. 1. Et sicut accepimus memorati quidem Cardinales Visitatores una cum Prælatibus coadjutoribus, etiam piæ me. Clementis XI., ac Innocentii XIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum jussu visitationem hujusmodi tam in eisdem Patriarchalibus, quam in aliis Collegiatis, & fere omnibus Parochialibus Ecclesiis, ac in multis Monasteriis Regularium tam virorum, quam mulierum, necnon Collegiis, Hospitalibus, Confraternitatibus, &

Causa præsentis Constitutionis.

alii

aliis locis piis dicta Urbis postea profecti fuerint, salutaribusque monitis, & Decretis, ubi opus fuerit providerint; visitatio tamen ipsa in omnibus Ecclesiis, ac locis, & operibus piis praedictis nondum sit peracta, sed multa negotia eam concernentia adhuc pendeant indecisa. Hinc est, quod Nos pastoralis studio considerantes quantopere Visitatio hujusmodi utilis, & necessaria sit non modo ad tollendos abusus, sed etiam ad praevendum ne deinceps introducantur, quantumque boni ex illa haecenus provenerit, & benedicente Domino proventurum sit, si visitatio ipsa continuetur, & absolvetur, ac in ea, quae ad Dei cultum, & gloriam, animarumque salutem opportuna, & conducibilia sunt, sicut haecenus factum est, in posterum quoque pie, prudenterque statuatur; Motu proprio, & ex certa scientia, & mera deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, memoratam Visitacionem continuari, & absolvi, causasque indecisas in Congregatione praedicta pendentes, prout aequitatis, atque justitiae ratio suaserit, terminari, visitaciones particularium Ecclesiarum, ac locorum, & operum piorum jam inchoatas, absolvi, necnon Ecclesias, & loca, opera pia tam hucusque visitata, quae iteratam visitacionem exposcere videbuntur, quam nondum visitata visitari, caeteraque omnia, & singula visitacionem hujusmodi concernentia fieri, geri, statui, & ordinari, ac executioni demandari debere tenore praesentium decernimus, & mandamus: ac omnes, & singulas facultates, privilegia, gratias, praerogativas, & indulgentias quaecumque praedictis Cardinalibus, & Praelatis, eorumque Congregationi, necnon omnibus, & singulis Officialibus, & Ministris supradictis a memoratis Innocentio XII., Clemente XI., & Innocentio XIII. Praedecessoribus per suas respective literas defuper emanatas quovis modo respective concessa, & attributa per obitum eorumdem Praedecessorum minime cessasse, nec cessare, sed in suis robore, & firmitate permanere, omnibusque, & singulis praedictis respective adhuc competere, & suffragari debere decernimus pariter, & declaramus, & quatenus opus sit, facultates, privilegia, gratias, praerogativas, & indulgentias hujusmodi eisdem Cardinalibus, & Praelatis, eorumque Congregationi, ac Officialibus, & Ministris praedictis in omnibus, & per omnia, prout eis respective a supradictis Innocentio XII., Clemente XI., ac Innocentio XIII. Praedecessoribus concessa, & attributa fuerunt, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus denuo concedimus, tribuimus, & impertimur.

§. 2. Decernentes easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod quicumque in praemis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet praetendentes cujuscumque gradus, ordinis, praerogativae, & dignitatis existant, etiam Cardinalatus honore fulgentes, aut alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causa propter quas praesentes emanarint, adducta, verificata, & justificata fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis justa, pia, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis laesionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac individuum expressionem requirente defectu notari, impugnari, invalidari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci, seu controversiam revocari, aut adversus il-

las apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrare, vel intentare, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessa, vel emanato quampiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas praesentes literas firmas, validas, & efficaces existerent, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque, & non aliter in praemis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, necnon ejusdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos: & alios quoslibet quacumque praerogativa, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus praemis, ac omnibus, & singulis illis, quae memoratus Innocentius XII. Praedecessor in suis literis supradictis voluit non obstat, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in iudicio, quam extra habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel offensae.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis Concilii de auctoritate Prioris S. Mariae super Minervam in Penitentiariorum Basilicae Liberianae.

*Vid. hac de re Pii V. Const. ed. 1568. Sept. 1. P. 3.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

EMANARUNT alias a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Trid. Interpretum in Causa, seu Causis inter tunc existentes ejusdem S. R. E. Cardinalem Majorem Penitentiariorum ex una, & Provinciale Provinciae Romanae, & Priorem Conventus S. Mariae super Minervam de Urbe Ordinis Praedicatorum ex altera partibus de, & super facultate constituendi, ac removendi Minores Penitentiariorum Basilicae Liberianae, seu Sanctae Mariae Majoris Urbis, & Ordinis praedictorum, eorumque subjectione vertentibus, Decreta tenoris, qui sequitur, videlicet: Romana Penitentiariorum Minorum Liberianae Basilicae. Prae ceteris curis, quibus Apostolica sollicitudo premitur ea comperitur praecipua quae circa penitentialem Forum versatur, adeo merito, ut Romani Pontifices, ex oriente Ecclesia, eidem muneri per se ipsos sedulo incumbere, ac deinde negotiorum mole oppressi, nobiliora Ecclesiasticae Hierarchiae membra S. R. E. Cardinales addixerit, neque primum ab hujusmodi onere ipsi relevati fuerunt, nisi cum publicis, magnisque occupationibus eos distineri oportuit. Tum quidem probi Sacerdotes Penitentiariorum officio suffecti extiterunt, qui Fidelibus undequaque ad Sacra limina confluentibus

XVIII.

Dat. 15. Julii  
1724. An. 1.

Decretum praedictum, in quo refertur institutio Penitentiariorum praesertim Fratrum Praedicatorum pro Basilica Liberiana ex redictibus cujusdam Abbatis alendorum.

Decretur continuatio ejusdem Visitacionis.

Clausulae peculiare.

præsto essent sub cura, & Jurisdictione unius ex S. R. E. Cardinalibus Majoris Pœnitentiarii nomine nuncupati; hic sane tamquam Summi Pontificis Vicarius in Foro Fori memoratis Sacerdotibus minoribus Pœnitentiariis præsidere cepit, eosque eligere, ac in nobilioribus Urbis Basilicis promiscue deputare consuevit, tum ex Regulari cœtu, variisque ex Nationibus, & Linguis. Perseveravit ultimo recensitus Pœnitentiariæ status, quousque S. Pius V. in meliorem partem eum vertere censuit, simulque tribus Religionibus optime meritis gratificari voluit, proindeque sub anno 1568. constituit, quod in Liberiana Basilica PP. Prædicatores eligerentur Minores Pœnitentiarii, in Lateranensi PP. Minores, ac in Vaticana ex Societate Jesu assumantur, quin etiam præ aliis majori beneficentia profectui volens Religionem S. Dominici sub cuius vexillo vitam ab adolescentia instituerat, non sarhabuit, Correligiosis suis Jus electionis passivum decernere, quemadmodum binis recensitis Religionibus constituit, sed ulterius dispositionem eorum favore exaravit, quod sextantum Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in dicta Basilica Liberiana existerent ex unica lingua Itala, & ex Provincia Romana, tributa facultate Provinciali dictæ Provinciæ sub Priori Conventus Sanctæ Mariæ super Minervam eligendi, ac removendi eosdem Minores Pœnitentiarios, ac certos exercendi actus Jurisdictionales in eos privative quoad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium exceptis respicientibus curam Officii Pœnitentiarii, ut latius ex Apostolico Diplomate sub die prima Septembris anno 1568., sed statim vix præterlapsis diebus octo, aliam edidit Constitutionem, in qua sicut Jus eligendi Provinciali Romanæ Provinciæ, sive Priori Conventus Sanctæ Mariæ super Minervam attribuit, ita onus ipsos manutenendi tamquam Religiosos ex sua Mensa, Monasterio præfato addixit, ac pro subsidio eidem Monasterio univert Abbatiæ S. M. Macularum loci S. Genesii, cum eo tamen, ut ipse Prior de fructibus, redditibus, & proventus præfatis pensionem annuam 300. scutorum auri in auro eisdem sex Pœnitentiariis, & duobus conversis annis singulis duobus terminis æqualiter in perpetuum persolvere teneatur &c. Si quid vero dicta summa 300. scutorum persoluta reliquum erit, illud omne in communes dictæ Domus usus convertatur.

Sed postea pro alimentis assignatus fuit unius Canonici.

§. 1. At verò s. m. Sixto V. placuit iterum statum Pœnitentiariæ Liberianæ innovare; Quandoquidem sedulo idem Pontifex animo volvens, quod inter ipsius Basilicæ Canonicatus, neque Theologalis Præbenda, neque Pœnitentiaria erecta comperiebatur juxta Sacri Concilii Tridentini Sanctiones, sed ex veteri Instituto sex Minores Pœnitentiarii Fidelibus expiandis operam dabant, proindeque congruum omnino reputans, quod ex Mensæ Capitularis fructibus, alimenta ipsis suppeditarentur, hinc memoratus Pontifex inquit. Motu proprio Canonicatum, ac Præbendam tunc vacantem suppressimus, & extinguimus, eorumque sic suppressorum fructus, & proventus, ac etiam distributiones quotidianas, emolumenta certa, & incerta, ordinaria, & extraordinaria, & quæ Anniverfaria Mortuorum, ac Anni Sancti, seu Jubilæi, ac quovis modo appellantur, & solis præsentibus, & Divinis Officiis, & horis Canonicis diurnis, & nocturnis personaliter interessentibus dari solita &c. Eidem Collegio, & Pœnitentiariis hujusmodi per eos, ac pro tempore existentes. Pœnitentiarios Basilicæ Sanctæ Mariæ Majoris prædictas integre pariformiter, & æque principaliter, ac sine ulla diminutione, & differentia, acsi Canonici pro tempore existens actu semper interesset, & quoad hoc perinde ac

si suppressio ipsa facta non fuisset, ita tamen, quod ipsi Pœnitentiarii Stallum in Choro, aut vocem; locumve in Capitulo non habeant, perpetuo applicamus, & assignamus &c.; ubi Collegium Pœnitentiariorum nuncupatur. Hac tamen innovatione intactum PP. Prædicatoribus Jus electionis passivum procul dubio remansit: Verum Cardinalis Major Pœnitentiarius, ut præterit, reassumere, ac usque adhuc continuare cepit jus activum eligendi ex tota dicta Religione Minores Pœnitentiarios, tum vigore naturæ ejus facultatis, cum evidentiis ex speciali Jure ipsi nuncupato in Brevis, quod expeditum fuit a sa. me. Urbano VIII. favore Cardinalis Sancti Honuphrii Majoris Pœnitentiarii sub hac verborum periodo, Minores Pœnitentiarios, & alios quoscumque Officiales ejusdem Officii Pœnitentiariæ arbitrio tuo deputare, vel confirmare, seu a dicto Superiore Episcopo, & Cardinali Majori Pœnitentiario, dum vixit, vel etiam a fel. re. Clemente VIII. Paulo V., & Gregorio XV. ad eorum beneplacitum, & alio quovis modo deputatos remove, & alios sibi beneficos in illorum locum substituere, & alia, quæcumque necessaria, & opportuna facere, licite possis, & valeas, non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis. Quæ facultates Majoris Pœnitentiarii Successoribus cum expressa subrogatione ad hæc usque tempora renovatæ fuerunt. Verum enimvero PP. Prædicatores sibi ipsis persuadentes integram, intactamque remansisse formam Brevis S. Pii V. inde a tempore, quo Apostolicum Clavum gerebat sa. me. Innocentius X. contendere cœperunt, ad Provinciam Romanæ Provinciæ, sive Priorem Conventus S. Mariæ super Minervam Jus eligendi Minores Pœnitentiarios pertinere; At vero plurium Testium usque ab Anno 1646. depositionibus formiter receptis circa quasi possessionem Cardinalis Majoris Pœnitentiarii, discussaque controversia in Congregatione particulari trium S. R. E. Cardinalium ad enixas preces jam dd. Patrum deputata, nihil profus obtinuerunt, nec minus voti compotes effici potuerunt temporibus sa. me. Alex. VII. His tamen non obstantibus iidem Patres iterum autumantes Jus eligendi Minores Pœnitentiarios ad Regulares Superiores præmemoratos spectare, quodque plures ipsi exercuerint Jurisdictionis actus in Collegium hujusmodi Pœnitentiariorum, recursum suppliciter habuerunt ad SS. D. N., qui partibus minime refragantibus, benigne causam remisit ad EE. PP. confessum, a quorum iussu subscriptis infra exponendis Dubiis superest in præsentem, quod solita sapientia, & prudentia decernere ipsi dignentur.

I. An Pœnitentiarii Minores Ordinis Prædicatorum in Basilica S. Mariæ Majoris constitui debeant per Provinciam Provinciam Romanæ Ordinis prædicti Prædicatorum, seu Priorem S. Mariæ super Minervam de Urbe ad formam motus proprii S. Pii V., sive potius Constitutio spectet ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium in casu &c.

II. An prædicatorum Pœnitentiariorum Minorum remotio spectet ad Patrem Provinciam, seu Priorem S. Mariæ super Minervam Ordinis prædicti ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium, in casu &c.

III. An prædicti Pœnitentiarii Minores subiaceant Curæ, Jurisdictioni, potestati, Visitationi, & correctioni personaliter interessentibus, seu Prioris ad formam Motus proprii prædicti Sancti Pii V., vel potius Cardinalis Majoris Pœnitentiarii in casu &c.

§. 2. Die 15. Decembris 1714. Sacra Congregatio Eminentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ad Primum respondit affirmative quoad primam partem, & negative

Et in ipsos concessa fuit Jurisdictio Majori Pœnitentiario.

Dubia de Pœnitentiariorum deputatione, amotione, & subscriptione.

Resolutio in favorem Prioris S. Mariæ super Minervam.

quoad

quoad secundam, servata forma Constitutionum Clementis VIII., & Innocentii XII. Ad Secundum pariter affirmative quoad primam partem, & negative quoad secundam, servata forma dictarum Constitutionum Clementis, & Innocentii. Ad tertium affirmative quoad primam partem quoad ea, quæ concernunt observantiam Regularem tantum - Prosper de Lambertinis Secretarius.

Confirmatio relati Decreti cum extinctione litis.

§. 3. Nunc autem Nos controversiis hujusmodi finem imponere cupientes, Motu proprio ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, Decreta præinferta, ac omnia, & singula in eis contenta, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Præterea lites, & controversias quascumque super præmissis quovis modo exortas, & adhuc forsan pendentes (illarum statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Colligantium, & alia etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes) in statu, & terminis, in quibus de præfenti reperiuntur a quibuscumque Judicibus & Tribunalibus ad Nos motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, harum serie avocamus, illasque perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper silentium utrique parti imponimus.

Clausula.

§. 4. Decernentes easdem præfentes literas de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos, Juris reduci, seu adversus illas quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, seu intentari nullo modo umquam posse, sed ipsas præfentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, ceterosque quoslibet quacumque auctoritate, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quacumque litis pendencia, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis necnon Ordinis, Provinciæ, & Conventus præfatorum, ac etiam Officii Penitentiarie, & Collegii Penitentiariorum Minorum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, illis, eorumque personis, atque Majori Penitentiarie prædictæ sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, & Decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi

ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die XV. Julii MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis super disciplina regulari super reformatione in duobus Conventibus Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis B. M. de Monte Carmelo.

XIX.

*Hac de re vide etiam hujus Const. ed. 1727. Decembr. 15. P. 4. Clem. vero XI. Const. ed. 1711. Nov. 10. P. 11. reducuntur studia, & gradus in Ord. Carmelitarum ad formam quorundam decretorum Capituli Generalis.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 27. Julii 1724. An. 1.

*Ad futuram rei memoriam.*

Alias pro parte dilecti filii Clementis Castigliani Prioris Provincialis Provinciæ S. Alberti in Regno Siciliæ Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curie Prælatorum super disciplina regulari specialiter deputatæ exposito, quod ipse unâ cum Definitorio ejusdem Provinciæ perfectam regularem observantiam, & reformationem in duobus Provinciæ hujusmodi Conventibus introducere, necnon communem vitam observare intendebat, & ad hunc effectum dilectus pariter filius Abbas Andreas Scatella Marchio loci de Spaccaforno pro eo, quem erga dictum Ordinem gerit devotionis affectu redditus eorumdem Conventuum pro manutentione duodecim Religiosis augere paratus erat, ideoque pro parte prædicti Clementis Prioris Provincialis eidem Congregationi supplicato, ut quatuor sequentes condiciones pro dictæ reformationis firmitate admittere veller. I. Quod unus quidem ex duobus prædictis Conventibus pro Novitiatu, alter vero pro Professorio, & studio assignari. II. Ut prædicti duo Conventus nunc, & pro tempore existenti Priori Generali Ordinis hujusmodi, donec, & quousque una Vicaria pro memoratæ reformationis propagatione erigeretur, immediate subjici. III. Quod Priores prædictorum Conventuum a Religiosis in illis de familia commorantibus, usque dum suprascripta Vicaria erecta minime fuisset, eligi. IV. Quod ab ejusmodi Provinciæ quolibet triennio Religiosis reformatis usque ad totalem illius reformationem unus Conventus assignari respective deberent, condiciones vero a suprascripta Congregatione Cardinalium requisitæ; quod dotatio prædictorum Conventuum a d. Andrea jam facta, & consensus a Priori Provinciali, & Definitorio præfatus fuerit, Conventu Syracusan. pro Novitiatu, & alio de Spaccaforno pro Professorio, & Studio assignatis cum redditibus sufficientibus pro duodecim religiosorum sustentatione, fabricisque necessariis pro Novitiatu, & Professorio, & Studio juxta Decreta a sel. rec. Clemente Papa VIII. Prædecessore nostro edita, adimpletæ fuerint, & demum reperiantur viginti Religiosi, qui reformationem hujusmodi amplecti desiderant, inter quos tres actuales Definiores, quinque in Sacra Theolo-

Expositio facta.

Conditiones a Provincia requisitæ pro dictæ reformationis firmitate.

1724.

1724.

Decretum Congregationis.

Preces Provincialis.

Clausula.

XX.

gia Magistrum Provinciam, & nonnulli alii ejusdem Ordinis Fratres, etiam simplices numerantur, præter non modicum Ecclesiasticorum, & Laicorum familie claritate insignium, qui Ordinis prædicti habitum sub prædicta reformatione suscipere intendunt. Emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis videlicet: Sacra Congregatio super disciplina regulari, audito P. Generali Ordinis Carmelitarum, referente Eminentissimo Fabrono, censuit, super expositis Oratoris precibus esse annuendum juxta petita, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ hac die 23. Decembris 1723. F. Cardinalis Paulinus F. Episcopus. . . .

§. 1. Cum autem sicut dictus Clemens Prior Provincialis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti summopere desideret; Nos ipsi Clementi Priori Provinciali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinfectum approbamus; & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciam, & Ordinis, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indulgentiis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Julii MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Conceditur Ministris Provincialibus, & Definitorio Provinciarum Minorum Capuccinorum facultas vendendi, vel permutandi libros duplicatos, sive superfluos,

Urbani VIII. Const. ed. 1638. Julii 20. P. 16. prohibetur fuit Capuccinis ne quovis colore libros e Bibliothecis extraherent, sed inutiles cum utilibus permutare permittit. Hoc idem Decretum fuit ab Alexandro VIII. Const. ed. 1689. P. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius modernus Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Capuccinorum nuncupat., quod dudum se. re. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster ad supplicationem tunc existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis, ne libri, Quinterni, folia sive impressa, sive manuscripta ad Bibliothecas Conventuum ejusdem Ordinis spectant. inde sub quovis quæsito colore, prætextu, vel occasione extraherentur, vel asportarentur sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ pœnis per contrahacien. incurrendis sub certis modo, & forma tunc expressis interdixit, & prohibuit. Permissit tamen tunc pariter existent. Ministris Provincialibus, & Definitoribus Ordinis hujusmodi conjunctim procedentibus, ut per eorum Syndicos eorumdem Bibliothecarum libros dicto Ordini inutiles cum aliis utilibus de licentia tamen illorum, qui eosdem libros, ut præfertur, donassent, aut eorum hæredum, si extitissent permutare possent, & alias, prout in ipsius Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 20. Julii 1638. expeditis uberius dicitur contineri. Et subinde re. me. Alexander Papa VIII., etiam Prædecessor Noster per alias suas pariter in simili forma Brevis die 3. Julii 1689. expeditas literas similem prohibitionem fecit præterquam Fratribus prædicti Ordinis, qui quidem libros e Bibliothecis hujusmodi respective de Superioris, seu Bibliothecarii pro tempore existentis licentia extrahere, & eis pro communi Conventuum, & particulari Fratrum Ordinis prædicti usu in suis Cellulis, Fratribus quoque ejusdem Ordinis Verbum Dei prædicantibus, qui etiam extra suos Conventus uti possent, sed finito usu hujusmodi subito ad dictas Bibliothecas sub pœnis supradictis reportare deberent, & alias, prout in prædictis Alexandri Prædecessoris literis fufus asseritur contineri.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat inter libros, qui in dictis Bibliothecis collocati existant aliquot sint duplicati, sive superflui, qui in aliis Bibliothecis ejusdem Ordinis existunt necessarii, & viceversa eveniat, quod in illis, in quibus desunt libri, qui in aliis superflui sunt, alii libri reperiantur superflui, quibus ejusmodi Bibliotheca indigerent, dictus vero Modernus Procurator Generalis utilitati eorumdem Bibliothecarum consulere cupiens, Ministris Provincialibus, & Definitorio Ordinis prædicti libros duplicatos, sive superfluos vendendi sive permutandi facultatem a Nobis concedi summopere desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Modernum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati nunc, & pro tempore existentibus Ministris Provincialibus, & Definitorio conjunctim pariter procedentibus ut per eorum Syndicos libros duplicatos, sive superfluos prædictos meliori qua fieri poterit conditione vendere, & alienare, pecuniasque inde proventus in emptionem tot librorum utilium, ac meliorum, & non in alios usus convertere, & erogare, vel ipsos

Ab Urbano VIII. Minoribus eidem vetitum fuit, ne libros ex Conventuum Bibliothecis illo pacto extraherent, cum licentia tamen inutiles cum utilibus permutandi.

Ab Alexandro VIII. idem statutum fuit; cum licentia tamen, ut fratres libris extra Bibliothecas in suis Cellulis uti possent.

Causæ præsentis concessionis.

Preces Procuratoris Generalis.

Concessio prædicta, cum ordinatione convertendi pecunias ex venditione proventus in emptionem aliorum librorum.

libros

libros duplicatos five superfluos cum aliis utilioribus, & melioribus permutare libere, & licite absque ullius censuræ, vel pœnæ in supradictis Urbani, & Alexandri Prædecessorum literis quovis modo appositæ, five comminatæ, incurfu possint, & valeant, ita tamen ut libri emptione, five permutatione hujusmodi acquirendi illico in Bibliothecis supradictis collocentur, nec inde sub pœnis prædictis extrahi, vel asportari valeant, licentiam, & facultatem auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & impertimur.

Claufulæ derogatoriæ.

§. 2. Non obstantibus prædictis Urbani, & Alexandri literis, ac quatenus opus sit piæ memoriæ Pauli II., & aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum pariter nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Conventuum, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem ut librorum duplicatorum, seu superfluatorum venditio, pecuniarumque inde proventurarum conversio hujusmodi unico contextu fiant, vel saltem pecuniæ ipsæ penes Montem Pietatis, aut personam fide, & facultatibus idoneam deponantur, inde non amovendæ, nisi ad effectum illas, sicut præmittitur convertendi.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Augusti MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXI.

Conceditur Ruthenis ad Ecclesiam redeuntibus facultas recuperandi, & retinendi bona sua.

*Clem. XI. Const. ed. 1713. Sept. 16. P. 13. mandatur Ordinariis quamplurimum nationum, & Generalibus Religionum Ordinum, ut commendari curent Populis Christianis Captivi.*

Dat. 12. Aug. 1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad furturam rei memoriam.*

Exordium.

**A**terni Pastoris, qui misericors, & miserator existit, vices licet immeriti, in Terris gerentes, iis etiam, qui foris sunt, & a recta fide aberrant, pietatis, & misericordiæ januam referamus, ac pœnas, quas Juris severitas in eos statuit, Apostolicæ Sedis Clementia interdum ita temperamus, ut ejusdem Sedis benignitate allecti ad Catholicam Ecclesiam extra quam non est salus reducantur, & Christo Domino, qui eos proprio sanguine acquisivit, restituantur.

Preces Prelatum, & cause prelati concessionis.

§. 1. Cum itaque sicut dilectus filius Benedictus Fruleviez Monachus expresse professus, & Procurator Generalis Ordinis Monachorum Sancti Basilii Magni Ritus Græci uniti Nobis pro parte Venerabilium fratrum Archiepiscoporum, & Episcoporum Ruthenorum cum S. R. E. unitorum nuper exponi fecit, inter alias causas, quæ Schismaticos a relinquendo Schismate, & amplectenda cum eadem S. R. E. unione retrahunt, ac morantur, ea præcipua sit, difficultas scilicet, quam uniti experiuntur in recuperandis Bonis, quæ tam ante Schisma, quam tempore Schismatis possidebant, & ut plurimum occupata, ac

eis violenter erepta sunt, nedum ante lapsum, sed etiam tempore lapsus in Schisma prædictum, cupiantque Archiepiscopi, & Episcopi prædicti hujusmodi impedimentum ad eorundem Schismaticorum reductionem facilius obtinendam amoveri, & opportune in præmissis a Nobis provideri. Nos Animarum salutem, quantum cum Domino possumus consulere, ipsorumque Archiepiscoporum, & Episcoporum votis hac in re favorabiliter annuere cupientes, nec non prædictum Benedictum a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorundem Archiepiscoporum, & Episcoporum nomine Nobis super hoc humiliter portectis inclinati, de nonnullorum ex Venerabilibus fratribus Nostri S. R. E. Cardinalibus Congregationis propagandæ Fidei negotiis præpositæ super rebus Ruthenorum Deputatorum consilio, ut uniti cum eadem S. R. E. five Laici, five Clerici Regulares, vel Seculares cujusvis status, gradus, & ordinis, etiam Episcopalis, vel conditionis fuerint, omnia bona, quæ ad eos tam ante Schisma, quam eo perdurante alias legitime pertinebant, ac quibus etiam violenter spoliati fuerunt recuperare, & possidere, illisque frui, uti, & gaudere libere, & licite possint: quin in futurum ex causa prædicti Schismatis, vel quovis sub prætextu alicui liceat bonorum ejusmodi recuperationem, illorumque pacificam possessionem, & usum ipsis unitis quoquo modo impedire, minusque eadem bona in illorum præjudicium retinere auctoritate Apostolica tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus, & indulgemus.

Concessio præd.

Claufulæ.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque, & Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac consuetudinibus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII. Aug. MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Restituitur Card. Vicario Urbis jurisdictioni cumulative in omnibus Causis.

XXII.

*Hæc jurisdictionis concessa præsertim fuerat a Clem. X. Const. ed. 1671. Aug. 12. P. 2. Abolita vero ab Inn. XII. Const. ed. 1692. Sept. 17. P. 2.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

Dat. 17. Aug. 1724. An. 1.

*Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.*

**I**n supremo Apostolatus Solio meritis licet imparibus Divina dispositione constituti ex incumbenti Nobis Pastoralis Officii debito ad

Proccemium.

ea liben-

ea libenter intendimus, per quæ Almæ Urbis nostræ prospero statui, & felici directioni opportune consulitur, & propterea ea, quæ desuper a Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus provide facta fuisse comperimus, partim approbamus, & confirmamus, partim vero aliis iustis causis ita suadentibus alteramus, & immutamus, ac facultates, & jurisdictiones, etiam de novo concedimus, & indulgemus, aliasque ejusdem Officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout rerum, temporum, & personarum, illarum præsertim, quas in partem Apostolicæ sollicitudinis evocavit Altissimus, qualitate pensata conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Instituitur in Vicarium Urbis ad vitam unus ex San. Rom. Eccles. Cardinalibus cum potestate in civilibus, & criminalibus, cum Tribunali separato.

Ob mortem Card. Paraciani substituitur in Vicarium Urbis Cardinal. Paulutius.

Eique conceduntur omnia jura solita, & consueta a Prædecessoribus concessa.

§. I. Sane cum sicut accepimus, alias felic. recordationis Innocentius Papa XIII. Prædecessor Noster Officium Vicariatus Almæ Urbis nostræ tunc suæ, & illius suburbiorum, & Districtus, quod etiam alias piæ memoriæ Paulus Papa Quartus etiam Prædecessor noster pro uno ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui illud per pro tempore existentem Romanum Pontificem sibi concessum absque dispensatione Apostolica ad ejus vitam obtinere, & per se ipsum, seu ab eo deputatos Vicegerentem, & Suffraganeum, ac in Civilibus, & Criminalibus Locumtenentes exerceret, de Fratrum suorum consilio, & communi consensu erexit, & instituit, prout in erectione, & institutione hujusmodi, & seu forsan desuper confectis literis plenius continetur, quodque alias bonæ memor. Joannes Dominicus Tituli Sanctæ Anastasiæ ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis Paracianus nuncupatus etiam dum viveret, obtinebat, per obitum d. Joannis Dominici Cardinalis, qui apud Sedem Apostolicam debitum naturæ persolveret, vacans ad prosperum, & felicem statum dictæ Urbis in spiritualibus dirigendum sollicitis studiis intendens ad Venerabilem Fratrem nostrum, tunc suum Fabricium ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem Paulucium nuncupatum tunc Episcopum Albanen. ob eximie circumspeditionis industriam, cognitam bonitatem, singularem integritatem, atque prudentiam, fidei, ac justitiæ zelum, & in magnis, & arduis præfate S. R. E. cujus honorabile membrum existit, negotiis experientiam comprobata, necnon alia multiplicum virtutum dona, quibus ejus Personam illarum largiter Altissimus insignivit, direxerit oculos suæ mentis, certam in Domino spem habens, quod idem Fabricius Cardinalis gratia ei assistente Divina Officium ipsum summa cum prudentia, fidelitate, & diligentia exercuisset, Motu suo proprio non ad ejusdem Fabricii Cardinalis, vel alterius pro eo eodem Innocentio Prædecessore super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque deliberatione suis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Officium præfatum sic vacans eidem Fabricio Cardinali per eum quoad viveret, aut Vicegerentem, & Suffraganeum, necnon Locumtenentem, seu Locumtenentes suum, vel suos exercendum cum omnibus, & singulis Privilegiis, facultatibus, prerogativis, præminentis, immunitatibus, exemptionibus, & jurisdictionibus, necnon honoribus, & oneribus, juribus, & emolumentis solitis, & consuetis, quibus alii in dicta Urbe, suburbiis, & Districtu prædicti Vicarii in spiritualibus Romanorum Pontificum Prædecessorum suorum pro tempore fuerat, uti, potiri, frui, & gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt, auctoritate Apostolica concesserit, & assignaverit, & alias prout in dicti Innocentii Prædecessoris in forma Brevis sub Annulo Piscatoris desuper expeditis literis etiam plenius continetur, & subinde singularum dictarum literarum, aliorumque præmissorum,

tenores etiam veriores, ac datas, necnon alias dicti Officii Vicariatus facultates si quæ essent pro expressis habens, antedictas officii Vicariatus hujusmodi concessionem, & assignationem, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmaverit, & approbaverit, ipsamque Fabricium Cardinalem in suam, & Urbis, ac Suburbiorum, & Districtus præfatorum Vicarium, necnon Romanæ Curie Judicem ordinarium denuo assumpserit, constituerit, & deputaverit, curam, regimen, & administrationem, liberumque exercitium Officii hujusmodi plenarie committendo, cum potestate omnia, & singula faciendi, disponendi, ordinandi, mandandi, & exequendi, quæ ad hujusmodi Vicariatus Officium de jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodolibet pertinere dignoscuntur, & quæ omnes alii Vicarii Urbis, ejusque Suburbiorum, & Districtus de jure, stylo, & consuetudine, vel alio quocumque modo, & titulo dicere, facere, ordinare, mandare, & exequi poterant, & debebant, ac etiam vigore omnium, & quorumcumque indultorum, facultatum, & privilegiorum per felic. recordationem Paulum II., Clementem VII., Paulum III., Julium item III., Pium IV., Pium V., Clementem VIII. aliosque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, tunc suos concessorum ante Literas piæ memoriæ Pauli Papæ V., etiam Prædecessoris nostri, tunc sui sub Datum Kalendis Martii Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo undecimo, super reformatione Tribunalium Urbis editas, cum declarationibus tamen, & reformationibus contentis in literis prædicti Pauli Papæ V., juxta quas, & respectu ad eum statum, in quo erant ante eandem literas præfati Pauli V., etiam felic. record. Innocentius Papa XII. similiter Prædecessor noster tunc dicti Innocentii XIII. in suis literis super suppressione, abolitione, & abrogatione Tribunalium, & Judicum Urbis ex privilegiis constitutorum editis, & expeditis Quintodecimo Kalendas Octobris, anno ejusdem Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo facultates, privilegia, & indulta Vicario pro tempore existenti dictæ Urbis, ejusque Districtus per præfatos, & alios etiam posteriores Romanos Pontifices concessa in Judicialibus dumtaxat reduxit, seu reformavit; quas quidem Constitutiones Prædecessorum hujusmodi, omniaque, & singula indulta, facultates, & privilegia, ut præfertur, Officio Vicariatus hujusmodi, & Vicariis præfatis in Judicialibus concessa, & ad statum præfatum redacta, quarum, & quorum tenores idem Innocentius XIII. Prædecessor pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habens, salvas, & salva esse, ac in suo firmitatis robore permanere declaravit, voluit, & mandavit, necnon alias, & illa pro potiori cautela Apostolica auctoritate approbaverit, confirmaverit, & innovaverit, eisdemque modis, & formis, quibus ab ipsis Prædecessoribus suis emanarunt, similibus auctoritate, & tenore de novo perpetuo concesserit, & indulserit, firmis quoque, & illæis remanentibus aliis Indultis, privilegiis, & facultatibus judicialia non respicientibus eidem pro tempore existenti Vicario, & Vicariatus Officio quodcumque etiam post dictam reformationem præfati Pauli V. Prædecessoris concessis, & reformatis, & quomodolibet competentibus, ipsumque Fabricium Cardinalem in præfata Urbe, ejusque Suburbis, & Districtu Vicarium in præmissis, & circa præmissa, seu quolibet ipsorum competentem Judicem, & Executorem motu, scientia, & auctoritate pariter declaraverit, constituerit, & deputaverit, & ut Officium præfatum idem Fabricius Cardinalis melius, & liberius prosequi valeret,

Ratæ tamen habentur declarationes, & reformationes Pauli V., & Innocentii XII. quibus supprimuntur, & abrogantur Tribunalia, & Judices ex privilegio, inter quæ erat illud Cardin. Vicarii.

motu pari, deque scientia, & potestatis plenitudine similibus mandaverit omnibus, & singulis, ad quos spectat cuiuscumque status, dignitatis, ordinis, gradus, vel conditionis existenter, quatenus in exsequendis iis, quæ ad Officium eius præfatum, & jurisdictionem pertinere noscebantur, omnibus possibilibus auxiliis, consiliis, & favoribus opportunis assisterent, eique pariter obedirent, prout ipsi Innocentio Decimotertio Prædecessori, dicto quoque Fabricio Cardinali literas præfatas in omnibus, & per omnia suffragari debere, illasque, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus facultatibus, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, derogationibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus nullatenus comprehendendi, nec per eas immutari, suspendi, limitari, moderari, aut ad terminos juris reduci posse, sed perpetuo validas, & efficaces fore, & esse, & quidquid illarum vigore a dicto Fabricio Cardinale gestum, statutum, factum, mandatum, indulgentum, & executum foret, perpetuum juris, & roboris firmitatem retineret, & nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis dicti Innocent. XIII. Prædecessoris, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel ad terminos juris reduci, seu in jus, vel controversiam revocari, ac omnes, & singulos Processus, Sententias, quos & quas per quoscumque Judices, & Officiales in præjudicium attributa, & concessa sibi jurisdictionis præfata haberi, & promulgari contigisset, nullas, nulliusque roboris, vel momenti fore, & esse, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfata S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet qualibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quavis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, & si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane dicta auctoritate voluerit, decreverit, & statuerit, ac alias prout in memorati Innocentii XIII. Prædecessoris sub datum videlicet Tertio decimo Kalendas Octobris, Pontificatus sui anno Secundo expeditis literis plenius continetur.

§. 2. Cumque sicut etiam accepimus, etiam alias felic. pariter recordat. Clemens Papa X. etiam Prædecessor Noster bonæ memoriæ Gasparem dum viveret ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem de Carpineo nuncupatum in suum, & dictæ Urbis, Suburbiorum, ac Districtus præfatorum Vicarium, necnon Romanæ Curie Judicem Ordinarium ad Universitatem omnium, & quarumcumque Causarum cuiusvis qualitatis, & speciei, etiam si essent mere Laicales, & profanæ, & inter mere laicos ad instar aliorum Romanæ Curie Judicum Ordinariorum, itaut inter eum, & illos nulla concidere posset differentia, etiam si ageretur in gradu recursus a sententiis tantum Judicum Urbis, & Districtus, & inter quascumque personas exemptas, & speciali nota dignas, & quæ specialem mentionem requirerent, assumperit, constituerit, & deputaverit, ac alias prout in aliis ejusdem Clementis X. Prædecessoris sub Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, pridie Idus Augusti, Pontificatus sui an. Secundo, expeditis literis etiam plenius continetur.

§. 3. Nos igitur qui quantum cum Domino possumus, ad rerum omnium statum salubriter dirigendum nostræ considerationis intuitum libenter extendimus, & in iis, quæ ad illarum regimen, & gubernium profutura cognovimus, opem, & operas nostras impendimus efficaces,

eundem Fabricium Cardinalem modernum Episcopum Portuen., & Sanctæ Rufinæ, dictæ Almæ Urbis nostræ, ejusque Districtus, & Suburbiorum, Vicarium in spiritualibus generalem amplioribus favoribus, & gratis prosequi, ac dicti Vicariatus Officii indemnitati, ac feliciori regimini providere volentes, eundem Fabricium Cardinalem, & Vicarium, aliosque pro tempore dicto Vicariatus Officio potuituros, & gavisuros in jurisdictione Vicariatus dictæ Urbis, illiusque Suburbiorum, & Districtus, juxta præfatas Literas Apostolicas per dictum Clementem X. Prædecessorem favore memorati Gasparis Cardinalis de Carpineo dictæ Urbis, & Suburbiorum, & Districtus Vicarii in spiritualibus generalis emanatas in ea tantum parte, in qua idem Clemens X. Prædecessor disposuit, Cardinalem Vicarium Urbis, ac Districtus, & Suburbiorum præfatorum habere jurisdictionem cumulativam cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfate in Causis Civilibus, & Criminalibus, etiam mixtis inter personas mere laicas, & in causis omnibus mere laicalibus, & profanis, Motu pari, non ad ejusdem Fabricii Cardinalis, vel alterius pro eo Nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex scientia, & potestatis plenitudine similibus tenore præsentium reintegramus, & plenarie restitimus, ac jurisdictionem hujusmodi ei, & eis de novo concedimus, & indulgemus; Ita ut dictus Fabricius Cardinalis, & ceteri Urbis præfate, ac Districtus, & Suburbiorum hujusmodi Vicarii, qui pro tempore erant, eorumque Vicegerentes, & Suffraganei, ac Locumtenentes, alique Judices ab eis deputati, ac pro tempore deputandi jurisdictione cumulativa cum omnibus aliis Judicibus Ordinariis Urbis præfate, ut supra, libere, & licite uti possint, & valeant absque eo, quod a quoquam quavis auctoritate, prætextu, aut causa impediri quoquo modo possint, & ita per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos quavis auctoritate fungentes etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfata S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vice-Legatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quavis causa, & instantia iudicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 4. Non obstantibus dicta Constitutione præfati Innocentii XII. Prædecessoris nostri, cui quatenus opus sit in hac tantum parte, aliisque Reformationibus, & Decretis a quibusvis Judicibus quavis auctoritate fungentibus, ac etiam viva vocis oraculo emanatis; aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis etiam in Conciliis generalibus editis; stylo Palatii, Regulis Cancellariæ Apostolicæ prohibentibus mandata exequutiva alias, quam sub Plumbo expeditis, ac facultatibus, & jurisdictionibus præfate Almæ Urbis Gubernatoris, Senatori, & Populo Romano, & Causarum Curie Cam, Apostolicæ Generali Auditori, Præsidi, & Magistris Viarum, ac præfate S. R. E. Cardinalibus, ac aliis quibusvis Judicibus, & Officialibus etiam laicalibus quacumque auctoritate fungentibus, & quibuscumque aliis Personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & fortioribus Decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter per nos, seu quoscumque, alios Romanos Pontifices Prædecessores nostros in contrarium forsan quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, ac etiam iteratis vicibus innovatis, etiam si cautum sit

Restituitur  
Card. Vicario facultas  
cumulativa  
in omnibus  
causis juxta  
tenorem dicte  
Constit. Clement. X.

Clausula derogatoria  
amplissima

in eis

Referetur  
Clem. X. Con-  
stitut., qua  
conceditur  
Card. Vicario  
cumulativa  
potestas  
in omnibus  
causis more  
Judicum Or-  
dinariorum  
Roman. Cur.

in eis expresse, quod illis nullatenus, vel non nisi sub certis inibi expressis, & nominatis modis, & formis derogari, seu contra illa quidquam concedi possit, quibus omnibus, & singulis etiam de illis eorum totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, ut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti, & forma in illis tradita observata forent, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris hac vice dumtaxat motu, & scientia similibus, specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse, nec illa eisdem præsentibus adversari, vel obstarè volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus etiam, quod earumdem præsentium transumptis semper, & quandocumque steretur, & plenaria fides adhibeatur, tam in iudicio quam extra illud, ac si eadem præsentibus exhibita, vel ostensa forent.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reintegrationis, restitutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quarto, sexto decimo Kalendas Septembris Pontificatus nostri Anno Primo.

XXIII. Confirmantur quædam Literæ Innoc. VIII., Pauli III., & Pii IV. super Casarum cogitatione Archiepiscopo Beneventano spectan., aliisque Ecclesiæ Beneventanæ consuetudinibus.

*Hac de re vid. Inn. VIII. Const. ed. 1491. Jun. 8. P. 7. Necnon Pauli III. Const. ed. 1538. Aug. 22. P. 5. Et Pii IV. Const. ed. 1560. Aug. 20. P. 2. Hujus P. Const. ed. 1724. Mart. 23. P. 1. confirmatur Const. Pii III. de fructibus beneficiorum vacantium Diocesis Beneventanæ convertendis in reparationem, & incrementum Ecclesiæ Beneventanæ.*

Dat. 6. Sept. 1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Prooemium.

**I**N supremo Militantis Ecclesiæ folio per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantia nullo licet meritorum suffragio constituti, ea quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri ad favorem Catholicorum Antistitum, eorumque Officialium provide, atque sapienter constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata servantur, nec temerario cujusquam ausu violentur, Apostolici muniminis nostri patrocinio libenter roboramus.

Ab Inn. VIII. Archiepiscopo Beneventano, ejusque Vicario Generali concessum fuit, ut omnes appellationum causas, tam civiles, quam criminales, in quibus delinquentes pu-

§. 1. Dudum siquidem postquam fel. record. Innocentius Papa VIII. Prædecessor noster per quasdam suas literas desuper in simili forma Brevis die 18. Junii 1491. Pontificatus sui anno septimo expeditas, ex tunc existenti Vicario, tunc pariter existentis Archiepiscopi Beneventani in spiritualibus generali directas, Motu supplicationibus tunc itidem existentium Beneventanorum nostrorum, tunc suorum, directioni ejusdem Vicarii pro majori commoditate Beneventanorum ipsorum ad relaxandos eos laboribus,

& expensis gravioribus omnes appellationum causas, tam in civilibus, quam in criminalibus, dummodo non venirent Delinquentes puniendi pœna corporis afflictiva cognoscendi, terminandi, decidendi juxta tenorem privilegii, quod sibi concessum affirmabant a piæ mem. Pio Papa II. itidem Prædecessore nostro facultatem, & potestatem Apostolicam auctoritate concesserat etiam, & elargitus fuerat.

§. 2. Subindè Paulus Papa III. etiam Prædecessor noster per alias suas desuper sub plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1538. decimo Kalen. Septembris, Pontificatus sui Anno Quinto expeditas literas bo. me. Francisco, dum vixit Archiepiscopo Beneventano directas q. Ludovico Bozzuto dum vixit Civi Neapolitano Civitatis nostræ, tunc suæ, Beneventanæ Gubernatori contra, & inter quoscumque sibi ratione Gubernii sui quovis modo Subditos, si de tali causa agerent, ex qua Civitatis status perturbari potuisset, quoties sibi visum fuisset, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura Judicii, sola facti veritate inspecta, juris ordine prætermisso, & alias manu Regia procedendi, necnon meram, & mixtam omnimodam gladii potestatem in ea exercendi, necnon quascumque pœnas criminales ubi de ultimi supplicii, aut de mutilatione membrorum pœna non ageretur (habita prius per eos, qui deliquissent ab offensis, vel eorum hæredibus pace) in pecuniarias pœnas commutandi, statutum, & ordinationem dudum per rec. mem. Clementem Papam VIII. etiam Prædecessorem nostrum super substitutione Procuratoris Ficalis in qualibet Civitate Sedi Apostolicæ immediate subiecta, & aliis tunc expressis facta, & edita in dicta Civitate Beneventana, in omnibus, & singulis eorum Capitulis observari, & executioni demandari, ac alia tunc expressa faciendi plenam, & liberam per alias suas in forma Brevis literas facultatem concessit. Necnon ut causæ Civiles Civitatis, & Diocesis prædictarum, quarum cognitio in secunda instantia ad Archiepiscopum Beneventanum pro tempore existentem, seu ejus Vicarium, ex antiqua, & approbata eatenus pacifica observata consuetudine devolvi consueverat, celeriter terminarentur, statuit, & ordinavit, quod exinde de cætero nisi Archiepiscopus, aut Vicarius prædicti causas prædictas infra tres menses a die, qua procedere incæpissent, ipsas causas expedissent, causæ prædictæ ad Abbatem Monasterii Sancti Modesti Beneventani Ordinis S. Benedicti devolverentur, & devolutæ esse censerentur, prout in dictis literis plenius dicebatur contineri, & in petitione eidem Paulo Prædecessori pro parte ejusdem Archiepiscopi facta, subjuncto, quod præmissa cognitio causarum hujusmodi ad ipsum & pro tempore existentem Archiepiscopum Beneventanum ex inverterata consuetudine semper observata spectan. a sua Curia limitabatur, & abdicabatur, & ad inferiorem ipso eo devolvebatur.

§. 3. Idem Paulus Prædecessor, qui in minoribus constitutus Ecclesiæ Beneventanæ præfuerat, de præmissis plene informatus, eandem Ecclesiam, quam in visceribus gerebat charitatis in suis juribus conservari volens, ejusdemque Archiepiscopi, qui unum ex Officiis scriptorum literarum Apostolicarum, ex concessione Apostolica obtinebat, ejus in hac parte supplicationibus inclinatus literas prædictas, & inde secuta quæcumque, quoad ea, quæ causarum hujusmodi cognitionem, decisionem, terminationem, illarumque devolutionem, & Statuti prædicti observantiam concernebant auctoritate Apostolica revocavit, & annullavit, illaque nullius prorsus roboris, vel momenti fuisse, & esse, ac pro penitus infectis, quoad omnia haberi voluit, & decrevit, necnon eundem Archiepi-

niendi non essent pœna corporis afflictiva; coram ipsis cognoscis & deciderent.

A Paulo III. dict. Civitatis Beneventanæ Gubernatori nonnullæ variz facultates elargitæ fuer.

Necnon Statutum, ut causæ in secunda instantia ad Archiepiscopum seu Vicarium devolutæ; Nisi infra tres menses expedirentur; ad Abbatem Monasterii S. Modesti Ordinis S. Benedicti devolverentur.

Ab eodem postea per alias literas præd. omnia revocata: & Archiepiscopus, atque Ecclesia prædicta in pristinum statum restituta.

scopum,

scopum, & præscriptam Ecclesiam in pristinum, & eum, in quo antequam literæ ipsæ ab eodem Paulo Prædecessore emanassent, quomodolibet erant, statum restituit, & plenarie reintegravit, ac repositos, restitutos, & reintegratos existere, necnon quæ in causis appellationum hujusmodi, tam in Civilibus, quam in Criminalibus, ac quibuscumque aliis, ac quoad exactionem procuracionis a Suffraganeis dictæ Ecclesiæ, & quibuscumque aliis personis Visitationi subjectis ratione Visitationis hujusmodi debitis in pecunia numerata juxta solitum, necnon quascumque alias dictæ Ecclesiæ consuetudines, quæ eatenus in viridi observantia fuerant approbavit, confirmavit, & innovavit, illaque prout ante concessionem literarum hujusmodi servata fuerant, in posterum servari debere, necnon suam, & ejusdem Ecclesiæ ordinariam Jurisdictionem in eisdem causis, & consuetudinibus illibatam remanere, & causas ipsas per se, vel suum in spiritualibus Vicarium Generalem pro tempore existentem decidi debere, & licite posse, nec per dictum Governatorem prætextu literarum prædictarum, seu quoscumque alios etiam quacumque dignitate fungentes expedire posse; Sicque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiti debere, necnon quidquid sectis attentari contigisset, irritum, & inane decrevit.

§. 4. Ac demum rec. me. Pius PP. IV. etiam Prædecessor noster per quasdam pariter suas literas in forma Brevis, die 20. Augusti 1560. expeditas, & bo. mem. Jacobo S.R.E. Cardinali Sabello, dum vixit, Archiepiscopo Beneventano inscriptas cum per alias suas literas quond. Paulum Odescalum, dum etiam vixit Notarium, & utriusque Signaturæ Referendarium, & in Regno Neapolitano Nuncium suum in Civitate nostra, tunc sua Beneventana, ejusque Districtu, necnon quorumcumque Magistratum, Locumtenentium, & aliorum Officialium, & Justitiarum Ministrorum, simulque Civium, & Incolarum in illis tunc, & pro tempore existentium in temporalibus Superintendentem Generalem auctoritate Apostolica ad beneplacitum suum fecisset, constituisset, & deputasset, dans eidem plenam, & liberam potestatem, & facultatem quascumque causas civiles, criminales, & mixtas ratione superintendentiæ hujusmodi ad illum expectantes, ac inter, & contra quoslibet ex supradictis pro tempore motas per se ipsum, vel alium ab ipso deputandum audiendi, cognoscendi, & sine debito, prout juris fuisset, summarie, simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura Judicii terminandi, & prout latius in eisdem literis sub Datum sub Annulo Piscatoris die 19. Junii 1560. Pontificatus sui anno Primo plenius continebatur; Et deinde, sicut acceperat, quod omnium, & quarumcumque causarum tam civilium, quam criminalium, & mixtarum coram Governatore, seu Locumtenente, ac Vicario Curie temporalis, & aliis Magistratibus, Judicibus, & Officialibus quibuscumque dictæ Civitatis pro tempore motarum, & vertentium in secunda instantia per appellationem ad eundem Jacobum Cardinalem, qui Ecclesiæ Beneventanæ ex dispositione Apostolica præerat, seu ad Officiales, & ad Vicarium suum Generalem, ex antiqua approbata consuetudine sub privilegiorum defuper concessorum vigore, aut alias quomodolibet omnimoda jurisdictione, & cognitione spectabat, & pertinebat declaravit, & per easdem literas attestatus fuit suæ intentionis non fuisse, nec esse præscriptum Paulum Nuncium, & Superintendentem suum præscriptos Jacobum Cardinalem,

& Archiepiscopum, ac Officialem, seu Vicarium suum, vigore sibi attributæ, & concessæ jurisdictionis, & commissionis molestare, inquietare, ac perturbare quomodolibet potuisse, seu posse, nullumque per literas suas præscriptas jurisdictioni, & cognitioni eidem Jacobo Cardinali, & Archiepiscopo, ut præcipitur spectan., & pertinen. factum fuisse, ac in futurum fieri posse, vel debere præjudicium, quominus illam exercere posset, eisdem modo, & forma quibus ante datam dictarum literarum idem Jacobus Cardinalis, & Archiepiscopus, aut ejus Vicarius exercere consueverant, ac præscriptis Jacobo Cardinali, & Archiepiscopo, Vicarioque facultatem, & auctoritatem tam eidem Nuncio, quam aliis quibuscumque quatenus, & quibus opus fuisset, sicut ante exercere consueverat, inhibendi, nec in futurum in causis coram eodem Jacobo Cardinali, & Archiepiscopo, seu ejus Vicario Generali, tam in prima, quam in secunda instantia ratione devolutionis, ut supra, spectantibus, & pertinentibus quovis modo, & quæsito colore se intromittere, sub pœnis, & censuris Ecclesiasticis, & aliis pœnis quoad ipsum Nuncium arbitrio ejusdem Pii Prædecessoris, quo vero ad alias arbitrio ejusdem Jacobi Cardinalis, & Archiepiscopi, vel ejusdem Vicarii sui imponendis, auctoritate præscripta concessit, & impertitus fuit, prout idem Pius Prædecessor eidem Nuncio, & aliis præscriptis inhibuit sub iisdem pœnis, & censuris Ecclesiasticis incurrendis, irritum quoque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigisset attentari decrevit, & alias prout in eorumdem Innocentii, Pauli, & Pii Prædecessorum nostrorum literis respective expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, fusius continetur.

§. 5. Nunc autem Nos, qui ante nostram ad supremum Apostolatus apicem assumptionem tringinta octo annorum, & aliquorum mensium spatio, quo antedictæ Metropolitanæ Ecclesiæ Beneventanæ præfuimus, hujusmodi consuetudinem in viridi observantia fuisse, & esse comperimus, & experti sumus, pro debito Pastoralis Officii præfatas literas etiam imposterum observari volentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, easdem literas dictorum Innocentii, Pauli & Pii Prædecessorum, omnes, & singulas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis harum serie approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur, vim, & efficaciam adjungimus, eaque omnia eis contenta, & expressa sub iisdem pœnis perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & inconcussè observari præcipimus, & mandamus.

§. 6. Decernentes easdem præsentibus, & præfatas Innocentii, Pauli, & Pii Prædecessorum Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam cujusvis status, gradus, ordinis, præminentia, & dignitatis, aut alii etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis forsitan jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas ipsæ præsentibus emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, pia, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite: etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo umquam tempore de subreptionis, obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali

Confirmatio prædictarum Innoc. Pauli, & Pii literarum motu proprio factas, cum Statuto ut illæ perpetuis futuris temporibus observentur.

Clausulæ.

ac incogitato, inexcogitabilique defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentem, & prædictas Innocentii, Pauli, & Pii Prædecessorum literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere ac pro tempore existenti Archiepiscopo Beneventano, eisque Vicario in spiritualibus Generali in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacunque præminencia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere; ac irritum quoque, & inane si secus super his a quocunque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in supradictis Innocentii, Pauli, & Pii Prædecessorum literis concessa sunt non ob stare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VI. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIV.

Decernitur Decanatum Sacri Cardinalium Collegii ad Episcopum Card. antiquiorem, licet absentem, pertinere; aliaque controversiæ hac super re de medio tolluntur.

Hac de re vid. Pauli IV. Const. ed. 1555. Sept. 21. P. 1. quæ hic refertur. Hujus vero Const. ed. 1724. Aug. 17. P. 1. restituta fuit Card. Vic. Urbis Jurisdictioni cumulativa in omnibus causis.

Dat. 7. Sept. 1724. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

**R**omani Pontificis circumspècta vigilantia ea, quæ certis etiam, & rationabilibus ex causis a Prædecessoribus suis olim provide sancita fuerunt, ubi dissidiis, & contentionibus, præsertim inter eos, qui sublimi Cardinalatus dignitate in Sancta Dei Ecclesia præfulgent, aliisque insuper gravioribus malis occasionem tribuere dignoscuntur, ipsa rerum experientia suadente, nonnunquam moderatur, ac immutat, & ad æquitatis, ac justitiæ normam redigit, ut sublatis e medio litium, malorumque seminibus, fraterna charitas, atque concordia, quam inter eosdem Cardinales maxime vigere decet, inviolata servetur, & publico simul bono consultum sit; Eumque in finem Apostolicæ auctoritatis, & providentiæ partes libenter interponit, prout matura deliberatione præhabita in Domino conspicit salubriter expedire.

§. 1. Dudum siquidem a fel. rec. Paulo Papa IV. Prædecessore nostro emanavit constitutio tenoris sequentis, videlicet. - Paulus Episcopus

Refertur Constit. quædam Pauli IV. quæ sancitur Deca-

pus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. - Cum Ven. Fratres nostros S. R. E. Cardinales in partem sollicitudinis vocentur, ut pro tempore existenti Romano Pontifici assistant, ipseque Romanus Pontifex eorum consilio agenda disponat, & iidem Cardinales sint pars corporis, & membra ipsius Romani Pontificis, ac diversis Almæ Urbis Nostræ Parochialibus Ecclesiis, pro eorum Cardinalatus titulo, seu denominatione præficiantur, & in eis Episcopalem jurisdictionem habeant, & propterea in Romana Curia residere debeant, præsentemque in dicta Curia magis digni, & privilegiati existant, quam absentes, & in optionibus titularum, ac sex Ecclesiarum Cathedralium, quibus Cardinales pro eorum Cardinalatus titulo præfici solent, absentibus etiam ante eos in Cardinales assumptis præferantur, & si uni ex dictis Ecclesiis Cathedralibus præfæcti fuerint, expost semper alios non Episcopos Cardinales in quibusvis actibus, & sessionibus præcedant; Nos ex præmissis, & diversis aliis causis animum nostrum moventibus, & inter cætera, ut eosdem Cardinales absentes ad residendum in Curia aliquibus uberioribus favoribus, & prærogativis alliceremus, Decanatu Collegii Cardinalium hujusmodi, quem nos, dum in minoribus constituti essemus, obtinebamus, & ad quem propter nostram continuationem in eadem Curia residentiam ante alios Cardinales nobis in Cardinalatu antiquiores tunc ab ipsa Curia absentes perveneramus, per nostram ad Summi Apostolatus fastigium assumptionem vacante, habita super his cum Fratribus nostris in Consistorio nostro secreto deliberatione matura, de eorum consilio, & unanimo assensu, Venerab. Fratrem nostrum Joannem Episcopum Ostien. S. R. Eccl. Cardinalem de Bellayo nuncupatum, de nobis, & Sede Apostolica optime meritum, Decanum Collegii hujusmodi declaravimus, eumque ipsius Collegii Decanum vocavimus, & Decanatum ipsum sibi concessimus, prout etiam per præsentem declaramus, vocamus, & concedimus. Et insuper ne in posterum Decanatus prædictus, illius occurrente vacatione, in aliquem Cardinalem ex voluntate sua, & non ex causa publica absentem, & propter absentiam suam hujusmodi quandoque de negotiis dictæ Sedis minus informatum, in injuriam aliorum Cardinalium tunc præsentium, & Romano Pontifici assistentium, ac propterea de negotiis prædictis melius informatorum deveniat, aut super eodem Decanatu aliqua controversiæ, seu dissentiones inter ipsos Cardinales orientur, providere volentes; motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo validura Constitutione sancimus, quod Decanatus hujusmodi de cætero perpetuis futuris temporibus non nisi ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia præsentem, aut ex causa publica absentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem destinatum, devenire possit. Et quod Episcopus Cardinalis antiquior in Curia præsens, aut, ut præfertur, absens, & extra Curiam destinatus, postquam Decanatus hujusmodi ad eum devenit, omnes alios Cardinales, etiam antiquiores, semper in quibusvis sessionibus, & aliis actibus publicis præcedat, nec per alios Episcopos Cardinales, etiam antiquiores, tunc absentes, etiam si postmodum incontinenti ad eandem Curiam se conferant, & in ea continuo resideant, super ipso Decanatu, aut illius sessionibus, vel aliis actibus, seu negotiis ad eum pertinentibus impediri, aut molestari valeat. Decernentes sic, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Judices, & Commissarios, quavis etiam Apostolica auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eorundem Cardinalium

natum Collegii Cardinalium ad Episcopum Card. antiquiorem in Curia præsentem, aut ex causa publica absentem pertinere.

Collegium

Collegium in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi auctoritate, & facultate iudicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, ac stylo Consistorii nostri, necnon ipsius Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo &c. Si quis &c. Datum Romae apud S. Marcum an. Incarnationis Dom. MDLV. Undecimo Kal. Sept. Pontificatus nostri anno Primo.

§. 2. Postmodum, anno scilicet 1719., occasione obitus bo. mem. Nicolai S. R. E. Cardinalis Acciajoli Episcopi, dum viveret, Ostiensis, & Veliternensis, Sacrique Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Collegii Decani dubitatio emerfit, an praedicta Constitutione adversus Cardinales a Curia Romana absentes lata comprehenderentur, vel potius excluderentur Cardinales promotione antiquiores, qui veniente Decanatus ejusdem Sacri Collegii vacatione a praefata Curia quidem abessent, sed apud illas Metropolitanas, seu Cathedralis Ecclesias residerent, quibus eos una cum aliqua ex iis Cathedralibus Ecclesiis Suburbicariis, quae ipsis Cardinalibus antiquioribus pro suis titulis, seu denominationibus assignari solent, praesse contingeret. Cumque ejusmodi dubitatio nullis antea S. Sedis deficientibus discussa, ac dirempta esse videretur, rec. mem. Clemens Papa XI. Praedecessor itidem noster eam expendendam, librandamque committere decreverat, sive Dilectis Filiis Rotae Romanae Auditoribus, sive aliis ejusdem Curiae Praesulibus integritate, doctrinaque praestantibus, quorum audita sententia id, quod rationi, & aequitati consentaneum illi visum fuisset, statuere posset. Verum dum in ea deliberatione versaretur, Nos, quos potissimum, tamquam eo tempore Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalem Episcopum Portuensem, & Archiepiscopum Beneventanum, ceterisque Collegis promotione priores (memorata Pauli IV. Constitutione seposita) tam ad Decanatus dignitatem, quam ad praefatas Ostiensem, & Veliternensem Ecclesias, antiquitatis jura vocabant, animo reputantes rem hanc absque aliqua contentione transigi minime posse, probeque memores verborum Apostoli Timotheum suum admonentis - *Servum Dei non oportet litigare* - firmiter constituimus super istiusmodi negotio a quavis concertatione, seu litis specie prorsus abstinere; adeoque datis primum ad eundem Praedecessorem nostrum literis ex suburbano secessu S. Patris, & mox etiam apertis verbis illi coram explicavimus, atque obtestati fuimus, ut quicumque nostri ratione posthabita, dignitatem Decanatus Cardinali Episcopo ex residentibus in Romana Curia antiquiori deferre vellet, eidemque Ecclesiarum Ostiensis, & Veliternensis Optionem permetteret, ea tamen adjecta declaratione, ut simili in posterum occurrente Decanatus vacatione, salva, & illata remanerent jura Cardinalium Episcoporum, qui Cardinalatu quidem essent antiquiores, sed extra Romanam Curiam in propriis suis Episcopatibus tunc residerent. Attenta itaque hujusmodi nostra obtestatione, atque cessione, vacans Sacri Collegii Decanatus una cum Ostiensis, & Veliternensis Ecclesiis a memorato Pontifice in Consistorio secreto habito die 26. Aprilis 1719. bonae mem. Fulvio Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinali Astallio tunc Episcopo Sabinensi, qui ex Episcopis Cardinalibus in Curia degentibus antiquior erat, cum speciali tamen jurium quo-

rumcumque tam Episcoporum Cardinalium extra Curiam apud priores suas Ecclesias residentium, quam aliorum Episcoporum Cardinalium in eadem Curia commorantium, praeservatione delatus fuit.

§. 3. Deinde vero cum praefatus Cardinalis Astallius Decanus, inscrutabili Divinae providentiae dispositione, ab hujusmodi omnium opinione celerius decessisset, & alia non abfimilis controversia inter Venerabiles Fratres Nostros bonae mem. Cardinalem Sebastianum Antonium Tanarium tunc Episcopum Tusculanum, & Cardinalem Franciscum Judicem, tunc pariter Episcopum Praenestinum in Romana Curia praesentes ( Nobis omnino silentibus, & a quacumque petitione prorsus abstinentibus ) excitata fuisset, memoratus Clemens Praedecessor septem ejusdem Curiae Praesules doctrina, & integritate praestantes deputavit, illisque commisit, ut probe ac mature perpensis rationum momentis, qui hinc inde afferri poterant, & de quibus eos plene instrui curavit, suum circa verum sensum antedictae Constitutionis Pauli IV. iudicium proferrent, quod postea in hunc, qui sequitur, modum protulerunt. - Die 28. Februarii 1721. *Habita fuit Congregatio Particularis in Mansionibus R. P. D. Auditoris Sanctissimi super Causa Decanatus Sacri Collegii Cardinalium, cui interfuerunt RR. PP. DD. Petra, Marafuschus Auditor Sanctissimi, Lancetta, Cerreus, Herrera, Ansideus, & Lambertinus ejusdem Particularis Congregationis Secretarius: Omnesque unanimiter responderunt: Consulendum esse Sanctissimo, quod declarare dignetur Decanatum Sacri Collegii Cardinalium devenisse vigore Bullae quintae san. mem. Pauli IV. ad Eminentissimum D. Card. Tanarium, uti Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia presentem tempore vacationis dicti Decanatus sequente per obitum Card. Fulvii Astalii, exclusis Episcopis Cardinalibus Antiquioribus extra Curiam tempore dictae vacationis commorantibus, non ex publica causa, & destinatione Romani Pontificis, etiam si residerent in Ecclesiis, quarum administrationem ex dispensatione Apostolica retinent, & ita servandum esse perpetuis futuris vacationibus. Quoad aliam vero controversiam inter E. E. DD. Cardinalem Tanarium antiquiorem in Episcopatu, & juniorem in Cardinalatu, & Cardinalem Judicem juniorem in Episcopatu, sed antiquiorem in Cardinalatu, causa non fuit proposita, attenta cessione suo juri facta ab eodem Cardinali Judice, Dominique unanimiter dixerunt consulendum esse Sanctissimo, quod declarare dignetur ex hujusmodi cessione nullum in futuris Decanatus vacationibus censeri irrogatum fuisse praesudicium Cardinalibus similia jura foventibus. Factaque eadem die per me infrascriptum Secretarium de praemissis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua Congregationis sententiam quoad utramque partem benigne approbavit, & perpetuis futuris temporibus observari mandavit. Prosper de Lambertinis Secretarius. - Idem vero Clemens Praedecessor non modo antedictorum Praesulum votum, seu consilium, ut praefertur, benigne probavit, perpetuisque futuris temporibus observari mandavit, verum etiam illud in Consistorio Secreto subinde, nempe die 3. Martii 1721., habito palam recitari, & inter Acta ejusdem Consistorii ad perpetuam rei memoriam assevari, atque custodiri praecipit.*

§. 4. Cum autem, seclusa Paulina Constitutione, maxime aequum, & rationi consonum videatur, ut Cardinales Episcopi antiquiores praefati, quamvis tempore vacationis Decanatus Sacri Collegii a Romana Curia absint, & apud priores sibi commissas Ecclesias personaliter resideant, ad eundem Decanatum assequendum admitti debeant: tum quia ipsi re vera a Curia non absint ex voluntate sua, sed ex formali necessitate, cum ex divinarum, canonicarumque Sanctionum, & Concilii potissimum Tridentini

Paulo vero postquam similibus controversia, vacante denuo Decanatu, excitata fuit: eaque commissa cuidam Congregationi particulari ab ea sequens iudicium est, quod & ab eodem Clem. XI. approbatum.

Causae praesentis Constitutionis.

Sed postea sub Clem. XI. quum idem Decanatus vacaret, dubitatum fuit, praed. Constitutione esset necesse.

Verum nihil immanitatum, ob cessionem ejusdem Decanatus facta ab hoc Pontifice, tunc Archiepiscopo Beneventano, & Cardinale antiquiore, sed a Romana Curia abiente.

Refertur  
Constitutio  
Urbani VIII.  
qua sub gra-  
vissimis pœ-  
nis S. R. E.  
Cardinalibus  
residentia in-  
iungitur: nec  
illi ab hoc re-  
sidentia onere  
eximuntur;  
quamvis in  
Urbe, vel in  
Ecclesiis sub-  
urbicariis,  
qui illis in ti-  
tulum sunt  
assignatæ,  
commorari  
velent.

prescripto, apud priores Ecclesias jugiter resi-  
dere cogantur; quin etiam ab eis discedere absque  
Sedis Apostolicæ licentia non possint, nec ab hoc  
apud ipsas residendi onere exempti sint, quamvis  
in Urbe, vel in Ecclesiis suburbicariis, qui illis  
in titulum sunt assignatæ, commorari velent,  
quemadmodum expresse sub gravissimis pœnis  
cavetur peculiari Constitutione piæ mem. Urbani  
Papæ VIII. Prædecessoris pariter nostri cuius  
tenor est, qui sequitur, videlicet. Urbanus Pa-  
pa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sancta  
Synodus Tridentina sub recolendæ mem. Paulo  
Papa III. Prædecessore Nostro, ad Disciplinam  
Ecclesiasticam restaurandam, provide statuit,  
ut omnes quacumque Dignitate, gradu, & præ-  
minencia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus,  
Metropolitanis, & Cathedralibus Eccle-  
siis quibuscumque quovis nomine, & titulo præ-  
fecti, apud eas personaliter residere deberent:  
alias, si per sex menses continuos abessent, amif-  
sionis quartæ partis fructuum unius anni pœnam  
ipso iure incurrerent: quod si per alios sex men-  
ses in absentiam perseverarent, tunc aliam  
quartam fructuum huiusmodi eo ipso amitterent:  
crescente vero contumacia Romanus Pontifex  
suprema ejus auctoritate in ipsos absentes ani-  
madvertere, & Ecclesiis ipsis de Pastoribus uti-  
lioribus providere posset. Deinde sub fel. rec.  
Pio IV. etiam Prædecessore Nostro, eadem Syn-  
odus declaravit omnes eisdem Patriarchalibus,  
Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus  
Ecclesiis præfectos, etiam si Sanctæ Roma-  
næ Ecclesiæ Cardinales forent, obligari ad per-  
sonalem residentiam in sua Ecclesia, vel Diocesi  
faciendam; nec abesse posse, nisi ob legitimas  
causas in scriptis approbandas. Et in eorundem  
Concilii decretorum executionem idem Pius IV.  
Prædecessor per suas sub plumbo sub dat. VII.  
Kalend. Decembris MDLXIV. expeditas literas  
monuit eosdem præfatis Ecclesiis præfectos, in  
virtute sanctæ obedientiæ, ac ultra pœnas in eo-  
dem Concilio contentas, sub privationis eorum  
a regimine, & administratione ipsarum Ecclesia-  
rum, ac amissionis facultatum testandi, & dispo-  
nendi, aliisque pœnis suo, & Romani Pontifi-  
cis arbitrio imponendis, mandavit eisdem, ut in  
Ecclesiis præfatis omnino personaliter residere  
deberent: Denique certior factus, quod multi  
eorundem præfectorum erant inobedientes,  
Motu suo proprio commisit Camera Apostolicæ  
Auditori Generali, ut contra illos usque ad sen-  
tentiam procederet, & sibi deinde referret, ad  
effectum in eos privationis, & depositionis sen-  
tentiam in suo Consistorio secreto pronunciandi.  
Successive alii etiam Romani Pontifices contra  
non residentes diversa Edicta publicari fecerunt;  
ac piæ mem. Gregorius XIII. etiam Prædecessor  
Noster per suum Decretum Consistoriale decla-  
ravit, decreta ejusdem Concilii de personali re-  
sidentia in Ecclesiis prædictis faciendâ etiam in  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus locum  
habere, quocumque titulo illis præsent; ita ut  
a reatu, & pœnis in dicto Concilio statutis non  
excusarentur, nisi absentia causa in scriptis ap-  
probata foret; scientiaque, vel tolerantia non  
excusaret eosdem Cardinales, nec alios Episcopos.  
Similis quoque mem. Clemens Papa VIII.  
etiam Prædecessor Noster per simile Consistoria-  
le Decretum pro observantia residentia personali-  
s, ab eodem Concilio ordinatæ, addidit pœ-  
nam inhabilitatis ad majores dignitates, & Ec-  
clesias obtinendas; prout in præfatis Concilii,  
ac Literis Apostolicis, Consistorialibusque De-  
cretis latius continetur. Cumque etiam Nos  
Edicta contra non residentes sæpius publicari fe-  
cerimus, & tamen præteritis mensibus aliqui,  
etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Me-  
tropolitanis, seu Cathedralibus Ecclesiis ex con-  
cessione Apostolica præfecti, suæ obligationis ad

personalem residentiam in eis faciendam imme-  
mores, in grave Animarum suarum detrimen-  
tum, ac ovium sibi creditarum præjudicium, ab  
eisdem Ecclesiis abesse continuarent, etiam sub  
prætextu suorum titulorum Cardinalatus, præ-  
fertim Episcopalis, prope Urbem, seu in Ur-  
bis districtu respective consistentium, & quod in  
eadem Urbe in conspectu, & præsentia nostra  
moram traherent: Nos pro nostro Pastoralis de-  
bito, nedum Animarum præfatarum, sed etiam  
Ecclesiarum indemnitati providere volentes, in  
Consistorio nostro secreto declaravimus eosdem  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, qui aliis  
Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus præ-  
erant, & apud eas non resederant, nec reside-  
bant, nec fecisse, nec facere illarum fructus  
suos, etiam sub prætextu, quod alicui ex dictis  
Ecclesiis Episcopalis, quibus Cardinales in or-  
dine priores præesse solent, præsideant, & ibi,  
vel in Urbe commorantur, aut cuiusvis toleran-  
tiæ vel facultatis, propter quam per Breve spe-  
ciale nostrum, vel Romani Pontificis pro tem-  
pore existentis, sibi concessæ: Ideoque eosdem  
Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad re-  
sidentiam huiusmodi statim se conferrent, sub  
amissionis fructuum eo ipso incurrendo, & aliis  
canonicis pœnis, animo etiam procedendi ad  
ulteriora, si non paruisset, & prout in Decre-  
to nostro Consistoriali plenius habetur. Quia ve-  
ro abinde citra non omnes, prout tenebantur,  
nostra mandata executi sunt: Nos ut omnino de-  
bitum suum agnoscant, & animabus subjectis,  
quantum Nobis ex Altò conceditur, magis consul-  
tum sit, ulterius providere volentes, Conci-  
lii Tridentini Decretis, & Literis Apostolicis,  
Motuque proprio, ac Consistorialibus Decretis  
præfatis in hærentibus, illorumque tenores, ac si  
de verbo ad verbum infererentur, pro plene in-  
sertis, & expressis habentibus, Motu simili, & ex  
certa scientia, ac matura deliberatione nostris,  
deque potestatis plenitudine, præfata Concilii  
Decreta, literasque Apostolicas, ac primordi-  
um Motum proprium, Decretaque Consistoria-  
lia præfata, & in eis contenta quacumque  
hac nostra Constitutione perpetua confirmamus,  
& approbamus, & quatenus foret opus, adver-  
sus quemcumque præsentem non usum, vel con-  
trarium usum, innovamus, & plenissime resti-  
tuimus. Insuperque omnes, & singulos, Eccle-  
siis Patriarchalibus, Primatialibus, Metro-  
pitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus,  
quocumque nomine, seu titulo præfectos etiam  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, a præfatis  
suis Ecclesiis absentes, & in virtute sanctæ obe-  
dientiæ, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ, amif-  
sionisque tam fructuum earundem Ecclesiarum  
pro tempore, quo absentia duraverit, quam fa-  
cultatem testandi, & disponendi de bonis suis, a  
Sede Apostolica sibi alias concessarum eo ipso  
absque alia declaratione incurrendis, necnon  
privationis a regimine, & administratione sua-  
rum Ecclesiarum huiusmodi, aliisque pœnis no-  
stro, & Romani Pontificis pro tempore existen-  
tis, arbitrio infligendis, districtè præcipiendo  
monemus, ut omnibus postpositis, quanto ci-  
tius, in Romana Curia videlicet moram trahen-  
tes intra unum, extra eam vero in Italia intra  
duos, extra vero Italiam existentes intra quatuor  
menses a die publicationis præsentium in locis  
infrascriptis faciendæ computandos, quos pro-  
tribus canonicis monitionibus peremptoriisque  
dilationibus, & terminis respective eis assigna-  
mus, & assignatos esse volumus, se itineri com-  
mittere, & legitimis itineribus ad Ecclesias, seu  
Dioceses suas proficisci, & se personaliter con-  
ferre, ac ibidem, ut tenentur residere debeant.  
Eisdemque præfectis, postquam personaliter ad  
residendum se contulerint, necnon quibuscum-  
que aliis apud suas Ecclesias quandocumque per-

sonaliter residentibus, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respective incurrendis, injungimus, ne ab eorum Ecclesiis discedant, nisi prius obreta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, per Breve, seu literas missivas, licentia. Illos etiam, qui in posterum per Nos, seu Romanos Pontifices Successores Nostros, alicui præfatarum Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiscopali-um, & Episcopali-um quovis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiam si Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales quocumque fuerint, vel sint, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respecti-ve incurrendis debeant, & quilibet ipsorum debeat intra præfatum tempus, a die eorum promo-tionis ad aliquam Ecclesiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, ut præfertur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias, sive Diœ-ceses sibi commissas, ac personaliter in eis resi-dere inceperint, ab illis non discedere, nisi ob-tenta prius a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, licentia præfata. A quarum pœnarum incursum nolumus posse aliquem se ex-cusare prætextu, & ratione cuiuscumque servi-tii, quomodolibet positi, & præstandi pro ge-rendis, & tractandis negotiis quorumcumque Principum, etiam Imperatorum, & Regum, aut Rerum publicarum, Regnorum, ac Provincia-rum; nec ratione cuiuscumque iussionis, vel man-dati eorum, vel earum, quocumque factis, vel faciendi; nec etiam ratione prosecutionis, seu defensionis quarumcumque litium, seu con-troversiarum etiam Ecclesiasticarum; vel inveni-di fœderis, aut cuiuscumque alterius negotii, etiam gravissimi, & speciali mentione digni, tractandi; vel distantia locorum, aut brevitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolicæ licentia præfata, antequam a suis Ecclesiis, & Diœcesibus discedant; aut rati-one cuiuscumque alterius causæ, vel occasio-nis, etiam publicæ, vel alias favorabilis, & æque piæ, etiam cuiuscumque utilitatis, sive necessitatis Ecclesiarum, & personarum: præterquam per-sonalis interestentiæ in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generali-bus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, vel ratione muneris, aut Reipublicæ Officii, Episcopatus, vel Ecclesiis majoribus præfatis adjunctis, cuius ratione ad certum tempus oc-cupari solent: & tunc pro tempore, quo illa Synodus, Congregationes, & Assembleæ, exer-citiumque muneris, seu Officii publici, ipsis Ec-clesiis adjuncti, actû duraverint, quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias præfatas, sibi commis-sas, se conferre debeant. Nec etiam prædicta residentia, & pœnarum præfatarum incursum vo-lumus excusari Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardi-nales nunc, & pro tempore existentes alicui præ-fatarum Ecclesiarum præfectos, seu præficien-dos, etiam si, tamquam in ordine priores, ali-quem ex dictis titulis Episcopalibus prope Urbem, vel in ejus districtu consistentibus, obtineant, & in posterum obtinuerint, & in prædictis Episco-patibus titularibus Urbis proximis resederint, vel in Romana Curia in suis titulis respective, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus Successoribus Nostri, scientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint; itaut nulla no-stra, ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum conniventia, tacurnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontifi-cialium, etiam publicorum, & solemnium ce-lebrationem, receptionem, & admissionem, unquam tueri se possint. Et pro præmissorum, & infra-scriptorum inviolabili observacione committi-mus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apo-stolicæ Generali Auditori nunc, & pro tempore existentem, quatenus contra omnes, & singulos

prædictos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum, nunc, & pro tempore commorantes, & in suis Ecclesiis, seu Diœcesibus non residen-tes per affixionem ad valvas Basilicæ Sancti Petri, ac in Acie Campi Floræ, & quoad præsentem in Romana Curia ad abundantiore cautelam, etiam domi dimissa copia procedat: Et confitto sibi, quantum sufficere videbitur, summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu Regia, de contraventione, & inobedi-entia præfatis, usque ad sententiam exclusive pro-cedat, & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti referat, ut nos, ac Ro-manus Pontifex pro tempore existens, in Con-sistorio ad sententiam declarationis incursum pœ-narum, ac respective privationis, seu depositio-nis, aliarumque punitio-nis præfatarum inobe-dientiam, valeamus, & ipse Pontifex Romanus pro tempore existens valeat procedere. Volumus tamen Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primate, & Patriarchas etiam S. R. E. Cardinales, citra Montes, vel Mare existentes per quatuor, alios vero ultra Montes, vel Mare degentes per septem menses continuos a residentia in præfatis Ecclesiis faciendâ, ad effectum visitandi Limina Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli juxta Sacros Canones, ac Apostolicas Constitutiones, pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, ut tunc illis durantibus visitationis hujusmodi mu-nus explete teneantur, nec ad alios actus se di-vertant. Cardinalibus vero, nunc, & pro tem-pore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum Conclavis ad hoc designati, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesiis præfatis sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius Sedis Apo-stolicæ, & extra residentiam in loco, in quo electio-nem hujusmodi celebrari continger, commoran-di, & permanendi usque ad peractam electio-nem, ac etiam postea per duos menses, postquam Romanus Pontifex Coronationis suæ insignia susceperit: quo tempore elapso præfati Cardinales, nisi illico, ut præfertur, ad Ecclesias præfatas, quibus præsidere eos contigerit, se contulerint, subjaceant pœnis supradictis. Præsentem quoque literas &c. Sicque & non aliter in præmissis &c. Non obstantibus præmissis &c. Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluribus Ecclesiis præ-fatis ex earum unione, vel alias ex concessione, seu dispensatione Apostolica, quocumque nomi-ne, vel titulo præfecti sunt, vel pro tempore erunt, a residentia, & pœnis hujusmodi excu-sentur, dummodo in earum altera, in qua de ju-re residere debent, vere, & personaliter resi-deant, exceptis tamen, ut præfertur, Ecclesiis Episcopalibus Urbis proximis, quibus Cardinales in ordine priores præesse solent: residentia enim, si quæ apud præfatas Ecclesias titularum Cardinalium heret aliquam excusationem eisdem Cardinalibus, ut præfertur, non præstaret, quomi-nus ipsi in alia, vel aliis Ecclesiis præfatis, qui-bus eos etiam pro tempore præfici contigerit, resi-dere omnino teneantur. Quodque, ut præfen-tes &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub An-nulo Piscatoris die XII. Decemb. MDCXXXIV. Pontificatus Nostri Anno XII.

§. 5. Tum etiam quia, si juxta Paulinam Constitutionem a Decanatu non repellitur Epi-scopus Cardinalis antiquior ex causa publica ab-sens, & extra Curiam per Romanum Pontificem destinatus: ob eandem quoque rationem repelli non debere videtur Episcopus Cardinalis anti-quior, qui apud priorem Ecclesiam residet; Is enim vere a Romana Curia abesse dicitur ex cau-sa publica, publicam scilicet particularis Eccle-siæ, cui præest, utilitatem, in qua publicum quoque universalis Ecclesiæ commodum conti-netur, respiciente. Præterea negari non potest,

Referuntur  
aliæ causæ  
hujus Consti-  
tutionis,  
etiam juxta  
Paulinam  
Constitutio-  
nem.

quin ipse extra Curiam per Romanum Pontificem fuerit destinatus, dum idem Romanus Pontifex non modo illi prioris Ecclesie regimen destinavit, sed etiam, ut commissam sibi Pastoralis sollicitudinis partem cumulatus expleret, eum ad jugiter residendum apud Ecclesiam sibi destinatam, sub gravissimis in praeserta potissimum Urbani Praedecessoris Constitutione sancitis poenis, compulit, & obstrinxit. Accedit praemissis, quod ab ejusmodi exclusione Episcoporum Cardinalium antiquiorum extra Romanam Curiam in prioribus Ecclesiis residentium maximum illud promanat absurdum, quod alienae mortis detestabile votum ingeritur; nam, sicut accepimus, & Nobis etiam ipsis evenisse non diffitemur, statim ac Cardinalis Sacri Collegii Decanus gravi, & periculoso morbo laborat, illico Episcopus Cardinalis antiquior absens, qui ipsi in Decanatu successurus est, amicorum literis ad Urbem quantocius repetendum incitatur, ut tempore obitus ejusdem Cardinalis Decani in Romana Curia praesens sit; adeoque ad eum ex Paulinae Constitutionis praescripto Decanatus deferatur; Unde non sine gravi bonorum offensione, & Ecclesiasticae disciplinae detrimento, in Urbe conspicitur Episcopus Curialis antiquior, in Decanatu proxime successurus, qui Cardinalis Decani aegrotantis mortem expectat, ut ad ipsum Dignitas vacatura deveniat: contra saluberrimum Lateranensis Concilii monitum relatum in cap. 2. de concessione Praebendae cujus verba sunt-- *Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & Beneficium se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus Gentilium inveniantur inhibita, turpe est, & divini plenum animadversione iudicii, si locum in Ecclesia Dei futurae successionis expectatio habeat, quam ipsi etiam Gentiles condemnare curarunt.*

Decernitur ad quem Decanatus praedictus pertinet.

§. 6. Nos itaque, qui deinde praedictum Sacri Collegii Cardinalium Decanatum absque ulla contentione obtinimus ob illius vacationem retroactis mensibus secutam per obitum memorati Cardinalis Tanarii Decani, dum in Romana Curia praesentes essemus, & in Conclavi ubi, Divina sic disponente Clementia, ad summi Apostolatus fastigium evecti fuimus, reperiremur: praemissis omnibus, quantum cum Domino possumus, occurrere, & obviare, ac alias desuper opportune providere volentes: Motu proprio & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, praefatis, aliisque iustis, & rationabilibus causis animi nostrum moventibus adducti, hac nostra perpetuo valitura Constitutione sancimus, atque decernimus, quod Episcopus Cardinalis antiquior, qui una cum aliqua ex Cathedralibus Suburbicariis praefatis in Titulum Cardinalibus antiquioribus assignari solitis aliam retinebit Cathedrali, seu Metropolitanam Ecclesiam in administrationem, dummodo tamen apud ipsam secundo dictam Ecclesiam personaliter resideat tempore vacationis Decanatus ejusdem Sacri Collegii, de caetero ad ipsum Decanatum admitti debeat, & admittatur, perinde ac si occurrente illius vacatione in Romana Curia praesens fuisset, itaut absentia ab Urbe ad praemissum effectum ei nullatenus obesse possit: Quin etiam volumus, & declaramus ipsam Decanatum ad praedictum Episcopum Cardinalem antiquiorem absentem, & apud priorem Ecclesiam, ut praefertur, actu residentem ipso jure devenire debere eo prorsus modo, quo in Paulina Constitutione ad Episcopum Cardinalem antiquiorem in Curia praesentem, aut ex causa publica absentem, & extra Curiam per Romanum Pontificem destinatum devenire debere decernitur, ita quod inter eos nullum amplius discrimen, seu differentia constituitur; ac ita perpetuis futuris temporibus servari praecipimus, & mandamus.

§. 7. Praeterea expedire censentes, ut e medio tollatur, ac penitus extinguatur alia pariter controversia alias, sicut praemittitur, excitata, & non definita, utrum scilicet in asecutione saepe memorati Decanatus Cardinalis antiquior in Episcopatu Suburbicario, & junior in Cardinalatu, praefertendus sit Cardinali juniori in Episcopatu, sed antiquiori in Cardinalatu, vel e contra: Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, praetationem deberi Cardinali antiquiori in Episcopatu, licet sit junior in Cardinalatu, decernimus, & declaramus, ac ita deinceps in occurrentibus Decanatus vacationibus perpetuo servari volumus, & mandamus.

§. 8. Quoniam vero ab antiquo tempore, ac praesertim ab edita Paulina Constitutione usque ad praesentem diem, Cardinalis Sacri Collegii Decanus Ostiensis, & Veliternensis Ecclesiarum invicem perpetuo canonice unitarum Episcopatum semper obtinuit, adeoque sive ex praesumpta earum cum Decanatu unione, sive alio titulo, speciale jus ad ipsum favere videtur, in quo mentis, ac intentionis nostrae non est, ut eidem Cardinali Decano praedictum aliquod inferatur: Contingere autem facile potest, quod Episcopus Cardinalis antiquior a Romana Curia absens, & apud suam priorem Ecclesiam residens, ad quem Decanatus ex praemissis in posterum deveniet, ad Urbem celeriter accedere, & primo Consistorio, in quo memoratum Ostiensem, & Veliternensem Episcopatum optare deberet, praesens interesse nequeat: Motu, & potestatis plenitudine paribus, optionem praedictarum Ostiensis, & Veliternensis Ecclesiarum Cardinali, qui pro tempore fuerit ejusdem Sacri Collegii Decanus, specialiter reservamus, ac reservatam esse volumus, & declaramus, itaut earumdem Ecclesiarum Episcopatum nemo alius optare unquam possit, sed ad Cardinalem Decanum praedictum privative quoad alios quoscumque perpetuis futuris temporibus ejusmodi optio pertineat, ac pertinere debeat. Volumus tamen, atque decernimus, quod idem Episcopus Cardinalis antiquior a Curia absens, & apud priorem Ecclesiam, ut praefertur, residens, postquam ad eum Sacri Collegii Decanatus devenit, quantocius poterit, ad Urbem se conferre, Summoque Pontifici in Consistorio, ut moris est, pro optione earumdem Ostiensis, & Veliternensis Ecclesiarum supplicare teneatur. Quod si notoria aegritudine fuerit impeditus, vel ob aliam iustam, aut gravem causam a Romano Pontifice pro tempore existente probandam ad Urbem venire nequiverit: Motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, eidem Cardinali Decano, ut in praenarratis casibus pro suum legitimum Procuratorem antedictas Ostiensem, & Veliternensem Ecclesias optare, & vigore optionis hujusmodi eas assequi libere, & licite possit, & valeat, non secus, ac si ipse praesens personaliter illas optasset, licentiam, & facultatem in Domino concedimus, & impertimur.

§. 9. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod supra dicti, & alii quicumque in praemissis jus, vel interesse habentes, aut habere praetendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, ac auditi, & causae, propter quas praesentes emanarunt, verificatae, seu alias sufficienter, aut etiam in aliquo justificatae non fuerint, seu aliis quibusvis de causis, quantumvis urgentibus, ullo unquam tempore a quoquam de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quolibet, quantumvis magno, formali, & substantiali defectu notari, impugnari, retardari, invalidari, aut ex quovis quaestio praetextu, vel colore, in controversiam vocari, ac terminos juris reduci, seu adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque

Tollitur quaedam controversia super asecutione saepe dicti Decanatus.

Reservatur Cardinali Decano optio Ecclesiarum Ostiensis, & Veliternensis.

Clausula peculiaris.

juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, aut quæpiam impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, uti nullatenus posse, nec sub quibuslibet similibus, vel dissimilibus Constitutionum, sive dispositionum, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores, & Successores nostros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendendi, sed eisdem præferentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere, necnon prædictis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus a Romana Curia absentibus, & apud suas priores Ecclesias, ut præfertur, actu residentibus plenissime suffragari. Ab omnibus vero aliis, ad quos spectant, & pro tempore quocumque spectabunt, inviolabiliter, & inconcusse observari debere: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & Cardinales, etiam de Latere Legatos, necnon quascumque eorumdem Cardinalium Congregationes, & quosvis alios qualibet auctoritate, præminencia, & potestate fungentes, & quocumque functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogato-  
tiz.

§. 10. Non obstantibus præinserta Constitutione Pauli Papæ IV. Prædecessoris nostri, & præinserto similiter consilio, seu voto Congregationis septem Præfulum a fel. recor. Clemente XI. Prædecessore etiam nostro deputatorum, ab eo, ut præfertur, specialiter approbato, necnon Decretis Consistorialibus sim. mem. Pauli III., & Sancti Pii V. Romanorum Pontificum pariter Prædecessorum nostrorum, & Constitutione sim. me. Innocentii Papæ X. Prædecessoris nostri super residentia ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium apud Sedem Apostolicam, & quibusvis nostris, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, & signanter illa de jure quæsto non tollendo, & alia, quod Cardinales in Constitutionibus, & regulis per nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel de ipsorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuerint, & quibusvis aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Consistorialibus, & aliis Decretis Consistorialibus quibuscumque, necnon dicti Sac. Collegii, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Decretis, statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, & indultis, ac literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu qualibet alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium,

& singulorum tenores, formas, causas, & occasionones præsentibus pro plene, & sufficienter, ac exactissime expressis, insertis, servatis, & specificatis respectu habentes, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus; & mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud habeatur quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum voluntatis, declarationis, extentionis, reformationis, moderationis, concessionis, præcepti, sanctionis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatòrum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXIV. VII. Idus Septembris, Pontificatus nostri Anno Primo.

Confirmantur Privilegia ab Urbano VIII. Ordini S. Joannis Dei tradita, & nova conceduntur.

Aliæ clausu-  
læ.

XXV.

*Hac de re vid. Const. huic traditam. De confirmatione vero confirmatoriarum Urb. VII. & Alex. VII. super exemptione Hospitalium Ord. S. Joannis Dei ab Ordinariis jurisdict. pro Congregatione Hispanica, vid. Innoc. XIII. Const. ed. 1721., Jul. 8. P. 1.*

## BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

INjuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut ea, quæ ad favorem Christifidelium, qui regularem vitam profitentur, & præsertim ægrotis, & miserabilibus personis in eorum Hospitalibus cum assidua charitate inserviunt, ex provida Sedis Apostolicæ benignitate provenerunt, quo solidius perennet, Apostolici muneris præsidio roboremus. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus VIII. Prædecessor noster omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, Indulgentias Ordini Sancti Joannis Dei concessa, una cum elargitione, & cum communicatione quarumcumque prærogatarum, & indultorum Ordinibus Mendicantium, & signanter Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium infirmis, eorumque locis, & personis concessorum, & concedendorum approbavit, per quasdam suas desuper in simili forma Brevis expeditas literas, tenoris qui sequitur, videlicet - Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Sacrosancti Apostolatus Officium, quod humilitatem nostram, nullo licet meritorum suffragio gerere voluit Altissimus, jugiter postulat, ut paternam Sacrarum Religionum, atque Congregationum uberes, & suaves in militanti Ecclesia fructus assidue præstantium curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessa, non solum approbemus, verum alia eis concedamus, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspiciamus salubriter expedire. Hinc est, quod Nos dilectos filios Fratres Congregationis Joannis Dei sub Regula Sancti Augustini, qui sicut ac-

Dat. 13. Sept.  
1724. An. 1.

Procemium.

Const. Urbani VIII. de Concessione Privilegiorum dicto Ordini.

cepimus, ab ipso Congregationis prædictæ initio multiplicata, atque insignia pietatis, & Christianæ charitatis opera erga pauperes, & infirmos in eorum Hospitalibus degentes magno cum Republicæ Christianæ spirituali commodo, & utilitate exercuerunt, & in dies exercere non desinunt, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Gasparem Diaz Campomanes, istius Congregationis in Regnis Hispaniarum Procuratorem Generalem, super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservationes, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessionis, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia etiam per modum communicationis, & extensionis, seu alias per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Apostolicam Sedem sub quacumque verborum forma, & expressione in genere, & in specie quomodolibet concessa, ac pluries confirmata cum omnibus, & singulis in eis contentis clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas literas, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, aut alias desuper confectas, quatenus tamen sint in usu, & non sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non adversentur, tenore præsentium perpetuo approbamus, & confirmamus, ac illis perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris, quam facti, & quovis alios quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Et insuper ut Fratres Congregationis hujusmodi tanto ferventius divinis beneplacitis, piorumque operum hujusmodi exercitio insistant, quanto majoribus se viderint spiritualibus gratis fore munitos, & singula privilegia, prærogativas, concessionis, favores, facultates, declarationes, conservationes, immunitates, exemptiones, libertates, cæterasque gratias, præeminentias, & indulta cujusvis generis existentia spiritualia, & temporalia quacumque illa sint, quæ pariter sint in usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationibus comprehensa, neque Sacris Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut Apostolicis Constitutionibus adversentur, ut præfertur, Ordinibus Mendicantium, ac Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium Infirmis, eorumque Conventibus, & aliis locis regularibus, necnon Ecclesiasticis, & dilectis filiis Ordinum, & Congregationum hujusmodi Generalibus, Præsidentibus, & quibusvis aliis Superioribus, Prælatibus, & Capitulis, etiam Generalibus, Provincialibus, seu intermediis, eorumque Diffinitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus, Conversis, Donatis, ac quibusvis eorum Regularibus personis tam in Urbe, quam etiam in quibusvis Mundi partibus existentibus, & illorum intuitu, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, seu per Nos, & Successores nostros, aut alios auctoritatem habentes concessa sunt, & concedentur, ac quibus de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, seu concessionem Apostolicam in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, aut alias quomodolibet utantur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere pos-

sunt, & poterunt quomodolibet in futurum ad dictam Congregationem Joannis Dei, & singula illius Monasteria, Domos, Hospitalia, & alia loca regularia, illorumque Superiores, Prælatos, & quascumque regulares personas auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuo extendimus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus, ac suffragari volumus. Quo circa Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis quibuscumque, necnon dilecto filio causarum Curie Camerae Apostolicæ Generali Auditori per præsentem committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum quodcumque per se, vel alium, seu alios præsentem literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum Congregationis Joannis Dei prædictorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem plenum eorum effectum fortiri, illisque omnes quos concernunt pacifice frui, & gaudere.

§. 1. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quovis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quinimo quidquam in contrarium attentari, vel fieri continget, omnino semper in perpetuum reponi, contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas & alia opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, ac pia memoriae Bonifacii Papæ VIII, etiam Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, aliisque Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi statutis, & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & infolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut nonnisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Verum quia difficile foret præsentem literas ubicumque opus esset deferri, volumus & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transcriptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus

Clausule  
amplissime  
cum derogatoriis.

fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 20. Junii 1624. Pontificatus nostri Anno Primo.

Preces Prioris Generalis pro confirmatione.

§. 2. Cum autem sicut pro parte dilecti filii moderni Prioris Generalis dicti Ordinis Nobis nuper expositum fuit, ipse præmissa quo firmitus subsistant, & serventur exactius Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiti plurimum desideret; Nos speciale ipsi Priori Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates, gratias, & indulta prædicto Ordini, a memorato Urbano Prædecessore concessa, ut præfertur, emanatasque desuper ipsius Urbani Prædecessoris literas præinfertas cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium pariter approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Confirmatio relatæ Constitutionis.

Clausulæ.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ memoratus Urbanus Prædecessor in suis literis præinfertis concessit non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Ordinis Eremitarum S. Augustini innotuerit, quod litera a Sac. Rituum Congregatione die 13. Septembris 1692. concessæ, & Episcopo Makaensi directæ ad effectum, ut auctoritate Sacræ Congregationis Corpus Servi Dei Ferdinandi a Sancto Josepho prædicti in Japponia Anno 1617. in odium Fidei, ut asseritur, interfecti, & illinc ad Regnum de Makassar, deindeque ad Civitatem Makaensem translatus a Catharina de Noronha vidua relicta q. Francisci Viera retentum Patribus ejusdem Ordinis consignaretur, ob Navium deprædationem, aliaque varia infortunia ad Civitatem Makaensem minime pervenerunt: Cumque modo post tam longum tempus dicta Catharina de Noronha ab humanis decessisse asserunt fuerit, & Corpus præfati Servi Dei retineatur a Maria de Noronha illius Sorore in Civitate Maka prius commorante, quæ postmodum una cum proprio filio Antonio de Leguiera Noronha ad Civitatem Goanam se transtulit, secum etiam asportasse Corpus dicti Servi Dei. Propterea Sacræ Rituum Congregationi modo supplicatum fuit, quatenus injungere dignaretur Rmo Archiepiscopo Goano, ut auctoritate ipsius Sacræ Congregationis idem Corpus a Domo Mariæ de Noronha, sive in casu illius mortis a quocumque alio loco, ubi quomodolibet repertum fuerit, amoveatur, & ad Ecclesiam PP. Ordinis Eremitarum S. Augustini sub titulo nostræ Domine vulgo de Gratia Civitatis Goanæ transferatur ad effectum illud tumulandi, & servandi absque ulla veneratione usque ad declarationem Martyrii dicti Servi Dei; Eadem Sacra Congregatio pro executione Decretorum SSmæ Inquisitionis sub die 13. Martii, & 12. Octobris 1625., ac 5. Julii 1634. super non cultu ab Urbano PP. VIII. edit., & in parvo volumine impressorum, censuit committi dicto Reverendissimo Archiepiscopo, ut verificata coram ipso identitate dicti Corporis, adhibitaque omni majori circumspectione, & cautela in hujusmodi Decreti executione, ne ulla controversia, aut scandalum oriri possit, illud consignari faciat prædictis Patribus ad effectum tumulandi in dicta eorum Ecclesia, dictaque translatio, ac tumulatio præfate Vicario Generali ejusdem Archiepiscopi, vel alia persona in Ecclesiastica dignitate constituta, eidem benevola, secreto fiat, servatis in reliquis dictis Decretis sa. me. Urbani PP. VIII. super non cultu editis ne unquam de illorum contraventione dubitari contingat, & adimpletis aliis latius injungendis, & exprimentis in literis expediendis, eidemque Rmo Archiepiscopo dirigendis. Die 26. Augusti 1724. F. Cardinalis Paulcius Præfectus N. M. Tedeschi Archiepiscopus Apamensis Sac. Rit. Congregationis Secretarius.

Preces Prioris Generalis pro confirmatione.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte dicti Prioris Generalis Nobis subinde expositum fuit ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia Apostolicæ Confirmationis nostræ robore communiti summo opere desideret; Nos ipsum Priorem generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinfertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratæ Cardinalium.

Confirmatio relatæ Decreti.

§. 2. Decernentes ipsas præsentibus literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & ob-

Clausulæ.

tinere.

XXVI.

Confirmatur Decretum Congregationis Rituum circa translationem corporis Ven. Ferdinandi a S. Josepho Ordinis Eremitarum S. Augustini ad Ecclesiam quandam ejusdem Ordinis.

*Hujus Const. ed. 1728. Oñ. 23. P. 5. confirmatur judicium Episcopale Ticini habitum de corpore Sancti Augustini. Et Clem. XI. Const. ed. 1701. Januar. 29. P. 1. Confirmatur Decret. Congr. Rituum de facultate Eremitis Augustinianis Prov. Franciæ facta canendi Horas canonicas cum cantu Gregoriano.*

Dat. 18. Sept. 1724. An. I.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Nuper ad supplicationem dilecti filii moderni Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Japonen., seu Makaen. Beatificationis, & Canonizationis, seu declarationis Martyrii Servi Dei Ferdinandi a Sancto Josepho Sacerdotis Ordinis Eremitarum S. Augustini. - Cum Patri Generali

Decretum Congregationis.

tinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in pramissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum sub annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVII. Conceditur Indulgentia perpetua & universalis omnibus Christianis recitantibus, ad signum Campanæ quod vulgo dicitur *V Ave Maria*, antiphonam *Angelus Domini* flexis genibus.

*Hujus Const. ed. 1724. Septembris quoque 26. P. 1. Conceduntur etiam nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus coronam Septem Dolorum Beate Mariæ Virginis. Et Clem. XI. Const. ed. 1701. Sept. 26. P. 1. conced. plen. perp. etiam per modum suffragii visitantibus S. Domum Lauretanam.*

Dat. 26. Sept. 1724. An. 1. Fabrizio per la misericordia di Dio Vescovo di Porto della S. R. Chiesa Cardinal Paulucci della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

Exordium.

Concessio prædicta Indulg. plen. & universalis.

Aliæ Indulgentiæ conceduntur.

Es sendo stato commesso alla suprema Apostolica autorità del Sommo Pontefice Vicario di Nostro Signor Gesù Cristo in terra il dispensare i Tesori de' doni celesti, e considerando la Santità di Benedetto XIII., che sia un potente motivo per distribuire liberalmente i detti Tesori, quando si riconosce, che siano per essere molto profitevoli per accrescere la venerazione all' Augustissima Regina de' Cieli Maria sempre Vergine Madre di Dio per eccitare, & mantenere la divozione verso la medesima, e per la salute dell' Anime: Quindi e, che la Santità Sua confidata nella misericordia dell' Onnipotente Iddio, e nell' autorità de' SS. Apostoli Pietro, e Paolo, concede Indulgenza plenaria, & remissione di tutti li peccati universalmente, & in perpetuo a tutti li Fedeli li quali veramente pentiti, confessati, e comunicati in un giorno di ciaschedun mese a loro elezione recitaranno inginocchiati divoramente al suono della Campana la mattina, o a mezzo giorno, o vero la sera la solita Orazione *Angelus Domini nunciavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto - Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum - Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, e con la detta Orazione tre volte *Ave Maria &c.* E pregaranno il Signore per la pace, e concordia tra Principi Christiani, estirpazione dell' Eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa.

§. 1. Nell' altri giorni poi dell' anno concede la Santità di Nostro Signore parimente in perpetuo alli Fedeli, i quali veramente contriti diranno l' Orazione come sopra, ogni volta che ciò faranno, cento giorni d' Indulgenza; come più diffusamente si legge nel Breve Apostolico spedito il di 14. Settembre 1724. Dato dalla nostra solita Residenza questo di 26. Settembre 1724.

XXVIII Conceduntur nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus Coronam septem dolorum Beate Mariæ Virginis.

*De simili concessione pro recitantibus flexis genibus Antiphonam Angelus Domini ad signum Cam-*

*panæ quod vulgo dicitur V Ave Maria, vid. hujus Const. præcedentem.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi vices licet immeriti gerentes in Terris spiritualium munerum Thesaurus, quorum dispensatores a Domino constituti sumus libenter erogamus, sicut ad fovendam, & incitandam fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus dilecti filii moderni Prior Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. M. Virginis Nobis nuper exponi fecerunt in dicto Ordine juxta illius Institutum, & laudabilem, & antiquissimam consuetudinem in recordationem septem principalium dolorum quos Beatissima Virgo Maria Patrona, & Advocata Nostra in unigeniti sui Filii vita, & obitu passa fuit. Corona eorumdem septem præcipuorum dolorum, & septem septenariis Angelicarum Salutationum, septemque Dominicis orationibus una cum tribus aliis Ave Maria in honorem lachrymarum ejusdem B. M. V. composita recitari consueverit, eaque occasione profati etiam dolores explicentur, & meditentur, Nos ad augendam Christianidelium devotionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus eorumdem Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus & singulis utriusque sexus Christianidelibus, qui vere penitentes, & confessi, seu firmum confitendi propositum habentes in singulis feriis sextis ejuslibet hebdomadæ Quadragesimæ, & festivitate Septem Dolorum ejusdem Beate Mariæ Virginis ejusque tota octava, necnon in Ecclesiis Ordinis prædicti Coronam Septem Dolorum hujusmodi devote recitaverint ducentos dies pro qualibet oratione Dominica, & totidem pro quavis salutatione Angelica. In reliquis vero totius anni diebus centum dies, iis autem qui per se ipsos, aut cum socio, vel familiari ejusmodi coronam integre itidem recitaverint septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus: Præterea prædictis Christianidelibus, qui quotidie per integrum annum memoratam Coronam pariter recitaverint, & subinde vere penitentes, & Confessi, ac Sacra Communionem recepti pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno die per unumquemque ex eis eligenda lucri faciendam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, quam etiam animabus Christianidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur; Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem, quod Superiores Conventuum, seu Religiosi prædicti Ordinis, qui ab illis ad id specialiter deputati fuerint, Coronas hujusmodi benedicendi facultatem habeant, & ut supradictæ Coronæ nemini possint vendi, nec commodari, & si secus fiat, Indulgentiæ supradictæ cessent, nulliusque sint roboris, vel momenti, sed circa eas Decretum a fel. rec. Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro die 6. Februarii 1657. editum omnino servetur. Urque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-

Dat. 26. Sept. 1724. An. 1.

Exordium.

Causæ præsentis concessionis.

Statuitur, ut Coronæ septem dolorum B. M. a suis Religiosis benedicantur.

clesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.  
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIX.

Conceditur Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redempt. Captiv. facultas nominandi Judices Conservatores in Conventibus Provinciarum Castellæ, Legionis, Navarræ, & Bethicæ.

*Alias ab hoc Pontifice Const. ed. 1727. Febr. 26. P. 4. conceditur facultas Capitulo Generali ejusdem Ordinis, & Definitorio Generali ipsam celebrandi, necnon condendi Statuta & Decreta. Innoc. XII. ed. 1722. Aug. 24., P. 2. Conf. decr. Congr. Episc. & Reg. de Alternativa Vicariatus Gener. inter tres Provincias dicti Ordinis.*

Dat. 27. Sept.  
1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Causa præsentis concessionis.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Attilanus Perez Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in sacra Theologia Magister tam suo, quam dilectorum filiorum Fratrum Conventuum, Provinciarum Castellæ, Legionis, & Navarræ, ac Bethicæ nominibus, quod vacantibus potissimum, uti ex proprio instituto tenentur, eorum Religiosis Captivorum Redemptioni ex manibus, & dura Infidelium servitute tam in Asiæ, quam in Africa partibus, ac in opus tam pium Christifidelium, & Magnatum largitionibus, benedicente Domino, confluentibus, sæpius contigit, & non sine maxima eorum amaritudine in dies contingere solet, ejusmodi subsidia, ac etiam animos Religiosorum distrahi ob insurgentes lites, quæ tum eandem redemptionem, tum alia Religionis negotia concernunt, eo quia illas in diversis Tribunalibus ad instantiam partium cum maximo dispendio, & incommodo prosequi coguntur.

Preces Procuratoris Generalis.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Attilanus Procurator Generalis nominibus prædictis, quo vexationibus, & molestiis exinde imminutibus, quos non parum præjudiciales esse, tum ipsis Religiosis, tum incremento, & piissimi Instituti propagationi experientia satis docuit, tandem occurratur præmissorum intuitu eisdem Religiosis Judicem Conservatorum in posterum pro causis occurrentibus tam activis quam passivis non solum interesse Redemptionis eorumdem Captivorum in dictis partibus, quam aliud quodcumque eorumdem Conventuum concernentibus, coram quo absque tanto strepitu, dispendio, & circumtu decidi possint, nominandi facultatem a Nobis concedi plurimum desiderent, quemadmodum aliæ etiam religiones ex hujus S. Sedis benignitate, & signanter fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede ejusdem Redemptionis Captivorum pro diversis Provinciis indulgeri, & deinde in forma communi ad reliquas omnes ejusdem Instituti a rec. mem. Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro ad tenorem Constitutionum sel. rec. Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum pariter Prædecessorum Nostrorum indulgeri, ac Indultum hujusmodi extendi respective obtinuerunt. Nobis propterea dictus Attilanus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Attilanum Procuratorem Generalem alioque prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi vo-

Concessio præd.

lentes, & illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui eundem Attilanum Procuratorem Generalem super præmissis audiverunt consilio, ac attentis narratis eisdem Exponentibus, ut in posterum Judices Conservatores in supra citatis Conventibus ad formam Constitutionum earundem Clementis, & Gregorii Prædecessorum, & non aliter nominare possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausula.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Conceditur Ministro Generali Minorum Conventualium facultas erigendi Confraternitates Cordigerorum in iis etiam locis, in quibus Ecclesiæ Ordinis Minorum non existunt.

XXX.

*De Ereptione Confraternitatis Cordigerorum, & facultate Ministro Generali eam in omnibus Ecclesiis Ord. Minorum erigendi, vid. Sixti V. Const. ed. 1585. Decemb. 29. P. 1. Et hujus Const. ed. 1725. Decemb. 10. P. 2. Confirmat. Const. Sancti Pii V. pro Fratribus Minoribus de participatione Privilegiorum Ordinum Mendicantium.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 30. Sept.  
1724. An. 1.

SACrosancti Apostolatus Ministerium, quod ineffabilis divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei altitudo humilitati nostræ nullis licet suffragantibus meritis per abundantiam cælestis misericordiæ, creditur, jugiter Nos admonet, & ut inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, eam peculiari sollicitudine amplectamur, qua Religiosorum Virorum Ordines in Militanti Ecclesia ad Divini nominis laudem, & gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem sancte instituti, novis a Sede Apostolica privilegiis, & gratis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Maria Sideri Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupator, quod dudum sel. rec. Sixtus PP. V. Prædecessor Noster per quasdam suas literas desuper sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1585. 9. Kal. Decembris Pontificatus sui anno Primo expeditas, in Eccle-

A Sixto V. Archiepiscopus Confraternitas Cordigerorum Assisi in dd. Fratrum Ecclesia erecta ac Magistro Generali facultas con-

fiam

tinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in pramissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorum sub annulo Piscatoris die XVIII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXVII. Conceditur Indulgentia perpetua & universalis omnibus Christianis recitantibus, ad signum Campanæ quod vulgo dicitur *V Ave Maria*, antiphonam *Angelus Domini* flexis genibus.

*Hujus Const. ed. 1724. Septembris quoque 26. P. 1. Conceduntur etiam nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus coronam Septem Dolorum Beate Mariæ Virginis. Et Clem. XI. Const. ed. 1701. Sept. 26. P. 1. conced. plen. perp. etiam per modum suffragii visitantibus S. Domum Lauretanam.*

Dat. 26. Sept. 1724. An. 1. Fabrizio per la misericordia di Dio Vescovo di Porto della S. R. Chiesa Cardinal Paulucci della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

Exordium.

Concesso prædicta Indulg. plen. & universalis.

Aliæ Indulgentiæ conceduntur.

Es sendo stato commesso alla suprema Apostolica autorità del Sommo Pontefice Vicario di Nostro Signor Gesù Cristo in terra il dispensare i Tesori de' doni celesti, e considerando la Santità di Benedetto XIII., che sia un potente motivo per distribuire liberalmente i detti Tesori, quando si riconosce, che siano per essere molto profitevoli per accrescere la venerazione all' Augustissima Regina de' Cieli Maria sempre Vergine Madre di Dio per eccitare, & mantenere la divozione verso la medesima, e per la salute dell' Anime: Quindi e, che la Santità Sua confidata nella misericordia dell' Omnipotente Iddio, e nell' autorità de' SS. Apostoli Pietro, e Paolo, concede Indulgenza plenaria, & remissione di tutti li peccati universalmente, & in perpetuo a tutti li Fedeli li quali veramente pentiti, confessati, e comunicati in un giorno di ciaschedun mese a loro elezione recitaranno inginocchiati divoramente al suono della Campana la mattina, o a mezzo giorno, o vero la sera la solita Orazione *Angelus Domini nunciavit Mariæ, & concepit de Spiritu Sancto - Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum Verbum tuum - Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis*, e con la detta Orazione tre volte *Ave Maria &c.* E pregaranno il Signore per la pace, e concordia tra Principi Christiani, estirpazione dell' Eresie, e per l' esaltazione della Santa Madre Chiesa.

§. 1. Nell' altri giorni poi dell' anno concede la Santità di Nostro Signore parimente in perpetuo alli Fedeli, i quali veramente contriti diranno l' Orazione come sopra, ogni volta che ciò faranno, cento giorni d' Indulgenza; come più diffusamente si legge nel Breve Apostolico spedito il di 14. Settembre 1724. Dato dalla nostra solita Residenza questo di 26. Settembre 1724.

XXVIII Conceduntur nonnullæ Indulgentiæ perpetuæ recitantibus Coronam septem dolorum Beate Mariæ Virginis.

*De simili concessione pro recitantibus flexis genibus Antiphonam Angelus Domini ad signum Cam-*

*panæ quod vulgo dicitur V Ave Maria, vid. hujus Const. præcedentem.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Redemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi vices licet immeriti gerentes in Terris spiritualium munerum Thesaurus, quorum dispensatores a Domino constituti sumus libenter erogamus, sicut ad fovendam, & incitandam fidelium devotionem salubriter expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus dilecti filii moderni Prior Generalis, & Procurator Generalis Ordinis Fratrum Servorum B. M. Virginis Nobis nuper exponi fecerunt in dicto Ordine juxta illius Institutum, & laudabilem, & antiquissimam consuetudinem in recordationem septem principalium dolorum quos Beatissima Virgo Maria Patrona, & Advocata Nostra in unigeniti sui Filii vita, & obitu passa fuit. Corona eorumdem septem præcipuorum dolorum, & septem septenariis Angelicarum Salutationum, septemque Dominicis orationibus una cum tribus aliis Ave Maria in honorem lachrymarum ejusdem B. M. V. composita recitari consueverit, eaque occasione profati etiam dolores explicentur, & meditentur, Nos ad augendam Christianidelium devotionem, & animarum salutem cælestibus Ecclesiæ Thesauris pia charitate intenti, ac supplicationibus eorumdem Prioris Generalis, & Procuratoris Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; omnibus & singulis utriusque sexus Christianidelibus, qui vere penitentes, & confessi, seu firmum confitendi propositum habentes in singulis feriis sextis ejuslibet hebdomadæ Quadragesimæ, & festivitate Septem Dolorum ejusdem Beate Mariæ Virginis ejusque tota octava, necnon in Ecclesiis Ordinis prædicti Coronam Septem Dolorum hujusmodi devote recitaverint ducentos dies pro qualibet oratione Dominica, & totidem pro quavis salutatione Angelica. In reliquis vero totius anni diebus centum dies, iis autem qui per se ipsos, aut cum socio, vel familiari ejusmodi coronam integre itidem recitaverint septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis penitentis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus: Præterea prædictis Christianidelibus, qui quotidie per integrum annum memoratam Coronam pariter recitaverint, & subinde vere penitentes, & Confessi, ac Sacra Communionem recepti pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel in anno die per unumquemque ex eis eligenda lucri faciendam omnium peccatorum suorum Indulgentiam & remissionem, quam etiam animabus Christianidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare possint, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur; Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

§. 2. Volumus autem, quod Superiores Conventuum, seu Religiosi prædicti Ordinis, qui ab illis ad id specialiter deputati fuerint, Coronas hujusmodi benedicendi facultatem habeant, & ut suprædictæ Coronæ nemini possint vendi, nec commodari, & si secus fiat, Indulgentiæ suprædictæ cessent, nulliusque sint roboris, vel momenti, sed circa eas Decretum a fel. rec. Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro die 6. Februarii 1657. editum omnino servetur. Urque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ec-

Dat. 26. Sept. 1724. An. 1.

Exordium.

Causæ præsentis concessionis.

Statuitur, ut Coronæ septem dolorum B. M. a suis Religiosis benedicantur.

clesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.  
Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVI. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXIX.

Conceditur Fratribus Ordinis SS. Trinitatis Redempt. Captiv. facultas nominandi Judices Conservatores in Conventibus Provinciarum Castellæ, Legionis, Navarræ, & Bethicæ.

*Alias ab hoc Pontifice Const. ed. 1727. Febr. 26. P. 4. conceditur facultas Capitulo Generali ejusdem Ordinis, & Definitorio Generali ipsam celebrandi, necnon condendi Statuta & Decreta. Innoc. XII. ed. 1722. Aug. 24., P. 2. Conf. decr. Congr. Episc. & Reg. de Alternativa Vicariatus Gener. inter tres Provincias dicti Ordinis.*

Dat. 27. Sept. 1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Causæ præsentis concessio.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Attilanus Perez Procurator Generalis Ordinis Fratrum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum in sacra Theologia Magister tam suo, quam dilectorum filiorum Fratrum Conventuum, Provinciarum Castellæ, Legionis, & Navarræ, ac Bethicæ nominibus, quod vacantibus potissimum, uti ex proprio instituto tenentur, eorum Religiosis Captivorum Redemptioni ex manibus, & dura Infidelium servitute tam in Asiæ, quam in Africa partibus, ac in opus tam pium Christifidelium, & Magnatum largitionibus, benedicente Domino, confluentibus, sæpius contigit, & non sine maxima eorum amaritudine in dies contingere solet, ejusmodi subsidia, ac etiam animos Religiosorum distrahi ob insurgentes lites, quæ tum eandem redemptionem, tum alia Religiosis negotia concernunt, eo quia illas in diversis Tribunalibus ad instantiam partium cum maximo dispendio, & incommodo prosequi coguntur.

Preces Procuratoris Generalis.

§. 1. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Attilanus Procurator Generalis nominibus prædictis, quo vexationibus, & molestiis exinde imminutibus, quos non parum præjudiciales esse, tum ipsis Religiosis, tum incremento, & piissimi Instituti propagationi experientia satis docuit, tandem occurratur præmissorum intuitu eisdem Religiosis Judicem Conservatorum in posterum pro causis occurrentibus tam activis quam passivis non solum interesse Redemptionis eorumdem Captivorum in dictis partibus, quam aliud quodcumque eorumdem Conventuum concernentibus, coram quo absque tanto strepitu, dispendio, & circuitu decidi possint, nominandi facultatem a Nobis concedi plurimum desiderent, quemadmodum aliæ etiam religiones ex hujus S. Sedis benignitate, & signanter fratres Ordinis B. Mariæ de Mercede ejusdem Redemptionis Captivorum pro diversis Provinciis indulgeri, & deinde in forma communi ad reliquas omnes ejusdem Instituti a rec. mem. Alexandro PP. VII. Prædecessore Nostro ad tenorem Constitutionum sel. rec. Clementis VIII., & Gregorii XV. Romanorum Pontificum pariter Prædecessorum Nostrorum indulgeri, ac Indultum hujusmodi extendi respective obtinuerunt. Nobis propterea dictus Attilanus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Attilanum Procuratorem Generalem alioque prædictos specialibus favoribus, & gratis prosequi vo-

Concessio præd.

lentes, & illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui eundem Attilanum Procuratorem Generalem super præmissis audiverunt consilio, ac attentis narratis eisdem Exponentibus, ut in posterum Judices Conservatores in supra citatis Conventibus ad formam Constitutionum earundem Clementis, & Gregorii Prædecessorum, & non aliter nominare possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium indulgemus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausulæ.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVII. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Conceditur Ministro Generali Minorum Conventualium facultas erigendi Confraternitates Cordigerorum in iis etiam locis, in quibus Ecclesiæ Ordinis Minorum non existunt.

XXX.

*De Ereptione Confraternitatis Cordigerorum, & facultate Ministro Generali eam in omnibus Ecclesiis Ord. Minorum erigendi, vid. Sixti V. Const. ed. 1585. Decemb. 29. P. 1. Et hujus Const. ed. 1725. Decemb. 10. P. 2. Confirmat. Const. Sancti Pii V. pro Fratribus Minoribus de participatione Privilegiorum Ordinum Mendicantium.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 30. Sept. 1724. An. 1.

SACrosancti Apostolatus Ministerium, quod ineffabilis divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei altitudo humilitati nostræ nullis licet suffragantibus meritis per abundantiam cælestis misericordiæ, creditur, jugiter Nos admonet, & ut inter multiplices, gravissimæque Apostolicæ servitutis curas, eam peculiari sollicitudine amplectamur, qua Religiosorum Virorum Ordines in Militanti Ecclesia ad Divini nominis laudem, & gloriam, & fidei Catholicæ exaltationem sancte instituti, novis a Sede Apostolica privilegiis, & gratis decorentur, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Angelus Maria Sideri Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupator, quod dudum sel. rec. Sixtus PP. V. Prædecessor Noster per quasdam suas literas desuper sub Plumbo anno Incarnationis Dominicæ 1585. 9. Kal. Decembris Pontificatus sui anno Primo expeditas, in Eccle-

A Sixto V. Archiepiscopus Confraternitas Cordigerorum Assisi in dd. Fratrum Ecclesia erecta ac Magistro Generali facultas con-

fiam

1724.  
cessa erigen-  
di Confrater-  
nitates ejus-  
dem nominis  
in Minorum  
Ecclesiis.

fiam Domus Fratrum dicti Ordinis Assisien., ubi Corpus S. Francisci sub Altari Majori ipsius Ecclesie requiescit, unam Archiconfraternitatem utriusque sexus Christianidelium, qui cordam predicti Ordinis Fratribus gestari solitam ex illorum devotione deferrent, & illa cingerentur, sub invocatione memorati Sancti Francisci perpetuo erexit, & instituit, ac insuper tunc, & pro tempore existenti Ministro Generali Ordinis predicti qualcumque Confraternitates utriusque sexus Christianidelium Cordigerorum, in quibuscumque Ecclesiis domorum tam Fratrum eorumdem Minorum Conventualium, quam Capucinatorum, & de Observantia nuncupatorum in quibuscumque Mundi partibus, & locis pro tempore erigendis, & instituendis, erigendi, & instituendi, illasque postquam erecte, & instituta fuissent, predicta Archiconfraternitati erecte, & instituta cum omnibus, & singulis Indulgentiis, peccatorum remissionibus, & relaxationibus aggregandi, ipsasque Indulgentias illis, & eorum Confratribus communicandi, pariterque concedendi plenam, & liberam, ac omnimodam facultatem, & auctoritatem dedit, & concessit, prout idem Sixtus Prædecessor eisdem omnes Confraternitates postquam erecte, & instituta fuissent, ipsi Archiconfraternitati aggregavit, predictasque Indulgentias illis, & eorum Confratribus sub certis modo, & forma tunc expressis communicavit, & concessit, & alias prout in ejusdem Sixti Prædecessoris literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus uberius dicitur contineri.

Preces Procuratoris Generalis pro concessione præsentis facultatis.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
jungebat erectio Confraternitatum Cordigerorum hujusmodi in secularibus, & regularibus Ecclesiis illorum locorum, & quibus Ecclesie dicti Ordinis Fratrum Minorum Conventualium minime existunt, cupide exoptetur; Ipse vero Felix Angelus Procurator Generalis illas erigendi facultatem cum communicatione Indulgentiarum a Nobis concedi summopere desideret. Nos ipsum Felicem Angelum Procuratorem Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, tunc pariter, & pro tempore existenti Ministro Generali dicti Ordinis, ut in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis ubicumque existentibus, in quibus Ecclesie hujus Ordinis non existunt, ut præfertur, de Ordinariorum licentia Confraternitates ejusmodi Cordigerorum erigere, & instituere possit, & valeat plenam, & liberam licentiam, & facultatem, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus. Ac postquam erecte fuerint, ut omnibus, & singulis privilegiis, indultis, facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, concessionibus, Indulgentiis, etiam plenariis, & peccatorum remissionibus, & relaxationibus, ac gratis quibusvis aliis eorumdem Cordigerorum Confratribus, & Sororibus per dictum Sixtum, ac quoscumque alios Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac etiam Nos, hætenus concessis, & concedendis, & quibus Confraternitates hujusmodi, earumque Confratres, & Sorores quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt in futurum, pariformiter, & æque principaliter uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si specialiter, & expresse, ac nominatim concess-

sa fuissent, dicta auctoritate pariter concedimus, & indulgemus; ac privilegia, Indulta, facultates, exemptiones, immunitates, concessionibus, Indulgentias, etiam plenarias sicut præmittitur, concessas, & concessa ad ipsas Confraternitates erigendas, illarumque Confratres, & Sorores pro tempore existentes perpetuo extendimus, & ampliamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentibus literas ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostra, seu quopiam alio defectu notari, impugnari, vel retractari, aut revocari, ullatenus posse, nec debere, sed semper in perpetuum validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ idem Sixtus Prædecessor in prædictis suis literis voluit non obitare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Septembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceditur quatuor primis Patriarchis facultas gestandi Exomidem.

XXXI

*De erectione Ecclesie in Palatio Regis Portugallie in Archiepiscopatum, & Patriarchatum Ecclesie Ulyssiponen. vid. Clem. XI. Const. ed. 1716. Nov. 7. P. 17. Hujus vero Const. ed. 1724. Julii 20. P. 1. concessum fuit Altare Privilegiatum omnibus Cathedralibus.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dat. 30. Sept. 1724. An. 1.

Romanus Pontifex supremus gratiarum Dispensator illis Præfulibus, qui de benignitate Sedis Apostolicæ locum obtinent celsiorem, & honorabilia S. R. E. membra existunt, & libenter concedit, per quæ eis aliqua fiat decoris accessio, ut eo alacrius in Ministeriorum suorum functione perseverent.

§. 1. Itaque ad eximia Venerabilium Fratrum modernorum Patriarcharum Constantinopolitan., Alexandrin., Antiochen., & Hierosolymitan. in nos, & dictam Sedem fidei, & devotionis, aliæque multiplicia merita paternæ dirigentes considerationis intuitum, illorumque Ordinem, & Dignitatem novi honoris prærogativa decorare volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomo-

Proemium.

Causæ præsentis concessionis.

dolibet

Concessio  
præd. ex mo-  
tu proprio.

dolibe innotatæ existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut deinceps perpetuis futuris temporibus omnes, & singuli Patriarchæ Constantinopolitani, Alexandrin., Antiochen., & Hierosolymitan. præsentis, & futuri Exomidem super amiculo breviori in quibusvis functionibus, & actibus publicis, ac privatis ubique deferre, & gestare, illaque uti libere, & licite possint, & valeant tenere præsentium concedimus, & indulgemus.

Clausula.

§. 2. Decernentes eandem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinal. etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Septembris MDCCLXXIV. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXXII.

Abrogantur privilegia omnia personalia, quæ Minoribus Ord. S. Francisci in Regnis Portugallia concedi consueverant.

*Hac de re vid. Clem. XI. Constitut. ed. 1718. P. 18. ubi innovatur Const. Clem. X. de revocatione privilegiorum personalium eorundem Fratr. Provincia Brasilia.*

Dat. 3. Oct.  
1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proœmium.

SAcro sanctum Apostolatus Officium humilitati nostræ per ineffabilem Divinæ Sapientiæ providentiam commissum jugiter nos admonet, ut inter gravissimas, multiplicesque Apostolicæ servitutis curas illam peculiari studio amplectamur, per quam Christianifideles altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublati iis, quæ regulari eorum observantiæ, atque disciplinæ detrimentum adferre noscuntur, juxta laudabilia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, optatis in dies benedicente Domino, proficiant incrementis.

Causæ præ-  
sentis abro-  
gationis.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus in Portugallia, & Algarbiorum Regnis, ac eorundem Regnorum Insulis in Indiis Orientalibus, & Ultramarinis conquisitis, prædictorum Regnorum Portugallia, & Algarbiorum dominio temporali subjectis abusus invaluerit, ut passim Fratribus Ord. Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiæ, ac Tertii Ordinis nuncupatorum diversa Indulta, & privilegia personalia concedantur, ex quo gravissima inconvenientia, & scandala in Ordine præfato enascuntur, & magnum relaxationis ostium aperitur: Nos qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationis viam præcludi summopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino

Abrogatio  
prædictorum  
privilegiorum  
utpote con-  
tra Ord. Sta-

possumus providere volentes, ac fel. recordat. Urb. VIII., & Clementis X. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & quæcumque Indulta, seu privilegia personalia quomodocumque nuncupata, etiam extra claustra quoad Parentes, vel Consanguineos degendi quibus dicti Ordinis Fratribus in Regnis, & Insulis præfatis consisten. cujuscumque qualitatis, dignitatis, & conditionis existant (Charissimi in Christo filii nostri Joannis Portugallia, & Algarbiorum Regis Illustris Theologo, Concionatore, & Confessario dumtaxat exceptis) quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad quoscumque instantiam, & supplicationem, tam a nobis, & a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a quibusvis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationibus, quam etiam ab ipsius Sedis in eisdem Regnis Nunciis, ac a quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hæcenus quoquomodo contra, & præter regularia Ordinis prædicti instituta, & Apostolicas Constitutiones concessa harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, neminique ullatenus suffragari, neque de cætero a quoquam concedi posse; Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

§. 2. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, pœnis eo ipso incurrendis dilectis Filiis Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, ac Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præsentis nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant; Inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris, & facti remediis juxta regularia ejusdem Ordinis Statuta Apostolica auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recurso remotis compescendo.

§. 3. Non obstan. præmissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione concessionis privilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso,

& forma in illis tradita observata exprimeretur, & infereretur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permanfuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem praesentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Dar. Romae apud S. M. Majorem sub Annulo Piscatoris die III. Octobris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXIII.

Reservatur Romano Pontifici dispensatio super voto perseverantiae pro ingressuris tamen dumtaxat Congregationem Doctrinae Christianae in Regno Neapolis.

Hujus Consti. ed. 1725. Septembris 28. P. 2. unitur Congregatio Neapolitana Doctrinae Christianae, cum Congregatione Avenionensi. Et Clem. XI. Consti. ed. 1724. Jun. 11. P. 14. Conceditur suffragium deliberativum Definitori adjuncti ejusdem Congregationis Galliae.

Dat. 24. Nov. 1724. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio facti.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Presbyteri Congregationis Doctrinae Christianae in Regno Neapolis, quod pro augenda, & conservanda eorum Congregatione valde expediat, ut nomen eidem Congregationi dare volentes post probationis annum votum perpetuae stabilitatis, cujus dispensatio Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti reservata sit, emittere teneantur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolute fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, dispensationem super dicto voto perseverantiae pro ingressuris tantum praedictam Congregationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti dumtaxat auctoritate Apostolica tenere praesentium reservamus, & quatenus e memorata Congregatione egrediantur, ab exercitio suorum Ordinum suspensi remanere debeant.

Preces Congregationis praedictae.

Reservatio dispensationis praefatae.

Clausula derogatoria.

§. 1. Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dictae Congregationis, etiam Juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privile-

giis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanfuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Novembr. MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Privilegia Familiaribus Sanctitatis suae.

Ab Innocentio XIII. concessa fuerunt Consti. ed. 1721. Maji 26. P. 1. Et a Clem. XII. conceduntur Consti. ed. 1731. Julii 25. P. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Venerabilibus Fratribus Nicolao Mariae Lercario Nazianzen. Cubiculi nostri Praefecto, Prospero Marefusco Caesariensi. Auditori Nostro, Nicolao Coscia Transanapolitano. Libellorum supplicum Nobis porrectorum, Camillo Merlini Iconiensi. Notarum arcanarum, & Carolo Majella Emissen. Literarum nostrarum in forma Brevis, quae ad Principes scribuntur respective Secretariis, ac Josepho Accorambono Philippensi. Archiepiscopi Subdatario, Nicolao Augustino de Abbatibus Oliverio Porphyriensi. Sacarii nostri Praefecto, Francisco Antonio Fini Avellino, & Dominico de Rubcis Vulturariensi. Episcopis, necnon dilectis filiis Philippo Coscia Vicario in Civitate, & Dicecesi Beneventana, a Nobis deputato, Nicolao Albini Vestinariensi, & Eleemofinario Secreto, ac Nicolao de Simone Beneventano. Nicolao Xaverio Sanctae Mariae Salernitano. Joanni Vincenti Reatino, Bernardo Pizzella Triventino, Francisco Pacca Neapolitano, Januario Vitelli Pincernensi, & Francisco Ascoleni Beneventano. Architrilino; Hieronymo Columna Forerio Majori, Octavio Rinaldo de Bubalo a Valle, & Philippo Astalio Romano Cubiculariis intimis seu Secretis, Michaeli Angelo de Paulis Pisaurino, & Joanni Baptista Nuccarini Fulginatensi. Medicis Secretis, Dominico Prati Britinorino, Ignatio Clementi, & Januario Genovesi Beneventano, Paschali Ferrari Nolanensi, Ignatio Philippo Pierfanti Camerino, Nicolao Schinofi Beneventano, & Michaeli Angelo Troyssi Minervieno. Capellanis Secretis, Josepho Longo Beneventano, & Januario Sanctae Mariae Nolanensi. Clericis Capellae nostrae Secretae, Dominico Eustachii Beneventano, Dominico Martino Firmano, Donato Antonio Civitella, & Antonio Ferri Beneventano, Andreae Joannis Praenestino, & Andreae Coppola Beneventano. respective Civitatum, vel Diacesum Cubiculi nostri adjutoribus, ac Julio Silvaggio Romano Magistro Domus nostrae, Clericis, seu Presbyteris, vel Laicis familiaribus continuis commensalibus nostris salutem, & Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia devotos, & fideles suos, illos praesertim, qui grata familiaritatis obsequia jugiter ei impendunt, ac quos ad id alias propria virtutum merita commendant, honoris, & famae amplioribus praerogativis, ac praeclearis dignitatum titulis decorare, & ornare, necnon specialis benevolentiae favoribus amplecti solet, prout personarum qualitatibus conspici convenire. Hinc est, quod Nos ad grata familiaritatis obsequia, quae vos, qui etiam

XXXIV.

Dat. 15. Dec. 1724. An. 1.

Diriguntur Literae Familiaribus eiusdem.

Causae praesentis concessionis.

continui

Concessio  
prædictorum  
privilegiu.

continui commensales nostri existitis, & quilibet vestrum Nobis hæcenus impendistis, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis, necnon ad vitæ, ac morum honestatem, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personas vestras etiam familiari experientia juvare percipimus, condignam rationem habentes ac propterea easdem personas vestras peculiaris favore gratiæ, ac specialis honoris, & excellentiæ dignitatis titulo sublimare volentes, vosque, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existitis, ad effectum præsentium dumtaxat conquendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad vestram, vel alterius pro vobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed mera liberalitate, & certa scientia nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, vos, & quemlibet vestrum respectively in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios (sine tamen præjudicio dilectorum filiorum Notariorum de numero participantium) Apostolica auctoritate tenore præsentium recipimus, ac Sacri Palatii, & Aulae Lateranen. Comites, necnon auratæ Militiæ Equites, ac Nobiles Romanos, & Urbis Romæ, ac Civitatum Avenionen., Bononien., Ferrarien., & Beneventan., omniumque, & singularum aliarum Civitatum, Terrarum, & Locorum Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjeutorum Cives, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, prærogativis, & insignibus debitis, & consuetis creamus, & constituimus, ac in numerum, & consortium aliorum nostrorum, & ejusdem Sedis Notariorum, necnon Palatii, & Aulae hujusmodi Comitum, Equitum, & Nobilium Romanorum, aliorumque Civium Civitatum, & Terrarum prædictarum referimus, & conscribimus, vobisque etiamsi Habitum, & Rocchettum Notariorum dictæ Sedis juxta decreta Lateranen. Concilii novissime celebrati non deferatis, aut Civitates hujusmodi non incolueritis, nec unquam in eisdem Civitatibus domicilium habueritis, ut omnibus, & quibuscumque privilegiis, & facultatibus, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes Notarii nostri, etiam de numero participantium, ac Comites, Equites, & Nobiles (citra tamen exemptiones a Sacro Concilio Tridentino sublatas, itaut, ne dum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subiaceatis Ordinariis, ac citra facultates legitimandi, ad gradus promovendi, Notarios, Tabelliones creandi, aliaque hujusmodi privilegia a Notariis, & Comitibus præfatis præsentia; itaut illis nullibi uti valeatis, ac irritum, & inane existat quidquid secus per vos, aut quemlibet vestrum respectively attentari contigerit) necnon Cives originarii, etiam in dignitatibus, beneficiis, & officiorum Ecclesiasticorum, ac sæcularium, etiam ex personis Romanorum Civium originariorum vacantium asecutione, & exercitio tam in Urbe, quam in omnibus, & singulis Civitatibus prædictis, & alias ubique locorum, & gentium, necnon Sessionum, & Conventuum utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & æque principaliter, ac si privilegia, facultates, exemptiones, gratiæ, & indulta hujusmodi pro vobis emanassent, uti, potiri, & gaudere, ac in omnibus, & singulis Apostolicis, aliisque literis, instrumentis, & scripturis publicis, & privatis deinceps nomine vestro conficiendis Notarios, comites, Equites, & Nobiles, ac de nobili genere ex utroque parente procreatos,

necnon Romæ, & aliarum Civitatum, & Terrarum Cives, prout libuerit, vos inscribere, & illis subscribere valeatis, ac pro veris, & non fictis Notariis, Comitibus, Equitibus, & Nobilibus, ac Civibus habeamini, nihilque qualecumque illud fuerit, eum iis subscriptionibus subreptitium, vel obreptitium, aut invalidum, sed illud idem efficax in omnibus censeatur, necnon honoris causa insignia gentis nostræ sive integre, sive cum vestris respectively composita gestare possitis, prout vobis placuerit, concedimus.

§. 2. Et insuper vos, vestraque Beneficia, & Officia Ecclesiastica quæcumque, quocumque, & qualiacumque, illorum fructus, res, & jura ubicumque locorum, Regnorum, & Provinciarum, necnon in Urbe, Civitatibus, Terris, & Locis eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentia, Prædia, Domo, Possessiones, & Bona Patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, & immobilia, ac se moventia, necnon actiones, & jura præsentia, & futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, & naturæ, ac cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, & proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ac etiam quæcumque a vobis vendenda, ac pro vestris, & familiarum vestrarum usibus emenda ab omnibus, & quibuscumque Decimis, quartis, & dimidiis partibus, subsidiis, etiam charitativis, necnon vestigialibus, portoriis, tributis, datis, pedagiis, collectis, & quocumque alio nomine nuncupatis angariis, perangariis, ceterisque oneribus, & contributionibus tam Urbanis, quam rusticis, ordinariis, & extraordinariis, realibus, personalibus, & mixtis, etiam ratione munitionum menium, & pontium, portarum, & moliturarum, & mercium cujuscumque generis, transitus, seu passus, & vecturæ, etiam in aliud Territorium, seu Provinciam, Terra, Mari, & Flumine, necnon equorum mortuorum, stabulationum Militum, institutionis Seminarii Ecclesiastici, aut quacumque alia quantumvis gravi, & gravissima Causa (pro subventionem contra Infideles dumtaxat excepta) nunc, & pro tempore impostis, ita quod vos, & quilibet vestrum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneamini, nec per Camera Apostolicæ, aut alios Commisarios, seu vestigialium, & tributorum hujusmodi Redemptores, conductores, & exactores quocumque privilegio, exemptione, & facultate sussultos, alias quam, ut præfertur, valeatis coarctari (quandiu servitius nostris insisteritis dumtaxat) eximimus, & liberamus.

§. 3. Ad hæc vobiscum, & cum quolibet vestrum respectively, ut quæcumque duo dissimilia, vel simplicia similia sub singulis tribus rectis quaruncumque trium Cathedralium, etiam Metropolitanarum, aut aliarum etiam Collegiarum Ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut Dignitas etiam major, & principalis, Canonicatus, & Præbenda, personatus, administratio, vel officium fuerit, & ad dignitatem personarum administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eique cura etiam jurisdictionalis imminet animarum, si alicui vestrum alias canonice conferantur, aut quisque vestrum eligatur, præsentetur, aut alias assumatur ac illa, & instituat in eis, recipere, & dummodo illa omnia (uno excepto) personalem residentiam non requirant, insimul quoad vixeritis retinere; necnon etiam quandiu Nobis inservieritis tantum, in Beneficiis Ecclesiasticis, etiam Curatis (non tamen Parochialibus, nec Curatis cura Animarum Parochianorum) per vos pro tempore respectively obtentis, etiam de jure statuto fundatione, vel privilegio, personalem residentiam requirentibus, etiamsi Dignitates in Cathedralibus, etiam Metropolitanis post Pontificalem

Eximuntur  
eorum benefi-  
cia a quibus-  
vis oneribus.Dispensatur  
pluralitas Bene-  
ficiarum.Et residentia  
in eis.

Necnon super receptione Ordinum, quoad tempora, & Ordinarium.

Conceditur eisdem electio Confessariorum, & huiusmodi facultates.

Indulgentur nonnulla super translationibus pensionum.

maiores, ac Collegiatis Ecclesiis huiusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec per locorum Ordinarios, aut Ecclesiarum earundem Capitula, seu quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, & singulos nihilominus vestrorum Beneficiorum obtentorum fructus, redditus, & proventus, durante servitio prædicto, cum ea integritate (distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis) cum qua illos perciperetis, si in eisdem Ecclesiis, sive locis personaliter resideretis, percipere, exigere, & levare; ac interim, vel postmodum, si volueritis, in Romana Curia, vel extra eam à quocumque, quem malueritis, Catholico Antistite gratiam, & communionem ejusdem Sedis habente, quem duxeritis eligendum, ad omnes etiam Sacros, & Presbyteratus Ordines aliquibus tribus Dominicis, vel aliis festivis diebus, etiam extra tempora, a quo jure statuta, proprii Ordinarii, aut cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita, si alias ad id idonei reperti fueritis, super quo Antistitis conscientiam oneramus, promoveri, & promoti in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, necnon, etiam si Presbyteri fueritis, ac Dignitates, & officia obtineritis, leges, & jura civilia, etiam publice in Scholis, & Universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo trigessimam ætatis annum non exceßeritis, audire, & si habiles, & sufficientes reperti fueritis, etiam ad Doctoratus gradum in huiusmodi facultate vos promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque Judicis, Advocati, & Procuratoris officium in causis Ecclesiasticis, & civilibus tantum exercere libere, & licite possitis, & valeatis auctoritate, & tenore prædictis de specialis dono gratiæ dispensamus.

§. 4. Liceat quoque vobis, & cuilibet vestrum aliquem idoneum, & approbatum ab Ordinario Presbyterum sæcularem, vel cuiusvis Ordinis Regularem in vestrum eligere Confessorem, qui vita cuiuslibet vestrum comite vos, & quemlibet vestrum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, & per vos incurtis, & quibus vos etiam Apostolica auctoritate illaqueari contigerit, etiam si absolute Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, & quorumcumque votorum, & Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio causali, manuum violentarum in quasvis personas, etiam Ecclesiasticas (non tamen Episcopos, vel alios Superiores Prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, juniorum omissionibus (non tamen recitationis horarum aliorumque Divinorum Officiorum) & denique ab omnibus, & quibuscumque aliis vestris peccatis, criminibus, & excessibus, ac delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam talionis, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, videlicet a contentis in literis de Cœnæ Domini publicari consuetis, semel tantum in vita, & mortis articulo; In reliquis vero dictæ Sedis quomodocumque reservatis, aliisque quibusvis casibus semel in anno, confessionibus vestris diligenter auditis (sine tamen alicujus præjudicio) auctoritate Apostolica absolvere, & vobis pro commissis penitentiam injungere salutarem, necnon vota quæcumque (ultramari- no, visitationis Luminum Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, Castitatisque, & Religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare valeat.

§. 5. Vobisque ulterius, & cuicumque vestrum respective, ut quicumque loci Ordinarii,

vel Canonici Metropolitanarum, seu aliarum Cathedralium Ecclesiarum, aut Personæ in dignitate Ecclesiastica constituta tam in dicta Curia, quam extra eam ad id per vos respective coram Notario, & Testibus fide dignis eligendi, seu eligende, quascumque pensiones annuas vobis super mensarum Abbatialium, seu Capitularium, ac Episcopalianum, & Archiepiscopalianum ac quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, & quorumvis Ordinum, & Militiarum Regularium, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, & qualitercumque qualificationum fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus etiam quotidianis, seu illarum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta vobis nunc, & pro tempore assignata, & reservata, ac reservanda, pro summa videlicet trecentorum ducatorum auri de Camera quoad singulos vestrum, quandocumque alicui vestrum respective placuerit, simul, vel successive in toto, vel in parte, etiam in cujuslibet vestrum mortis articulo, cassare, & extinguere, ac postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas super eisdem fructibus, redditibus, proventus, juribus, obventionibus, & distributionibus, & emolumentis, seu illarum loco, fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, distributiones, & emolumenta huiusmodi usque ad summam, & quantitatem prædictam uni, vel pluribus aliis personis, etiam per vos nominandis, etiam quæcumque, quocumque, & qualiacumque Beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus Clericis, seu Clericali characterè insigniri volentibus, etiam eis quoad vixerint, seu eorum Procuratoribus ad id speciale ab eis mandatum habentibus, iisdem modo, & forma, quibus vobis assignata, & reservata, seu assignata, & concessa fuerint respective etiam absque consensu easdem pensiones solvere debentium, etiam si illas, vel illa alias cassari, & reservari de novo faciendi facultatem non habueritis, ac pensiones, & fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, & emolumenta huiusmodi, etiam pluries cassata, & de novo assignata fuerint, usque ad summam, & quantitatem prædictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus huiusmodi non confectis, ac alias cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinctulis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & pœnis in prioribus reservationibus huiusmodi concessis, & contentis, necnon cum subrogatione in quibusvis vestris Juribus, etiam quoad quasi possessionem exigendi, in qua tunc eritis, integre perfolvendas, servata tamen forma Constitutionis fel. record. Innocentii PP. XI. Prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, & assignare valeant, auctoritate, & tenore prædictis de speciali gratia indulgemus.

§. 6. Nec non etiam vobis, ut de omnibus, & singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, cæterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quæ tamen non sint Altaris, seu Altarium Ecclesiarum vobis commissarum ministerio, seu alicui speciali earundem Ecclesiarum Divino cultui, seu usui deputata, sequè moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac Juribus, & actionibus ad vos ratione Ecclesiarum, etiam Cathedralium, & Metropolitanarum, quibus vos forsitan præesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Præpositurarum, Dignitatum, & aliorum quorumcumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura sæcularium, &

Conceditur facultas restandi de fructibus Beneficiorum.

quorumvis

quorumvis Ordinarum Regularium, quæ etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus Apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac alias quomodolibet obtinueritis, obtineritis, & obtinebitis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum locorum, ipsarumque pensionum annualium super similibus fructibus, redditibus, & proventibus vobis reservatorum, & assignatorum, ac reservandarum, & assignandarum, quos, & quas perceperitis, percipitis, & percipietis in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanæ Curie officiorum, & alias quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, ac etiam de dictis proventibus, fructibus, redditibus, & pensionibus annuis, necnon vestra, & cujuslibet vestrum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis; ac alias etiam de muneribus, & officiis, quæ exercueritis, & vos exercere contigerit, & alias quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad vos perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, & jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, etiam penes Beneficia ipsa existentibus (quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quæ generali appellatione honorum, & suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specificè, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus) usque ad summam sex millium ducatorum auri de Camera pro unoquoque vestrum, ac etiam de ipsis fructibus, redditibus, & proventibus, & pensionibus debitis, & debendis (servata tamen forma Constitutionum Apostolicarum jam editam, & si quas deinceps edi contigerit super fructibus inexactis) etiam cumulative, cum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, & habendis, tam pro decentibus, & honestis impensis funeribus, quam etiam pro remuneratione illorum, vobis viventibus servierint, etiam ultra servitii meritum, ac in vestrorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque locorum piorum favorem, & usum, ac alias pro arbitrio, & voluntate vestris, & cujuslibet vestrum absolutis testari, & testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, & aliis quibuscumque modis, & titulis scriptura etiam minus solemnè, coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu vestra scripta, vel subscripta, & alias in omnibus, & per omnia prout, & quomodolibet vobis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione præsentis, vel aharum vobis pro tempore concessarum similiarum facultatum, aut quod in vim illarum testare, seu disponere velitis, & intendatis, semel, atque iterum, aut pluries disponere, statuere, & ordinare, itant quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, seu alias dispositum a vobis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni alio meliori modo valeat, & servari debeat, ipsaque testamenta, codicillos, & dispositiones, ordinationes, legata, & statuta pluries, ac toties quoties vobis videbitur moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo condere libere, & licite valeatis, auctoritate Apostolica earundem tenore præsentium plenam, & liberam concedimus facultatem.

Statuuntur nonnulla eorundem favore, si eos contigerit ab intestato decedere.

§. 7. Et insuper statuimus, & ordinamus, vobisque indulgemus, quod si vos ab intestato, & sine ulla, vel cum minus valida bonorum, & rerum, ac fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum dispositione in dicta Curia, vel extra eam tam continua, quam interpolata inibi cujuslibet vestrum respectivè mansione, ac etiam extra

Beneficia vestra, vel alia loca debita a vobis residentia personalis, etiam nulla subsistente causa, ab humanis decedatis, omnia, & singula bona, res, & jura, etiam, ut præfertur, qualificata, nec non spolia cujuscumque quantitatis, & valoris existentia, etiam ex prædictis, & alias undecumque provenientia, ad Cameram Apostolicam, seu in dictis Beneficiis Successores non pertineant, sed ad hæredes vestri sanguinis integre deveniant, & illis deficientibus inter familiares vestros arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaveritis, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione vestra scriptura etiam minus solemnè fecerit apparet, quam tunc velut efficacem ipsæ personæ, vel alii Judices, seu Executores omnino exequi, & adimplere, illique se conformare in omnibus, & per omnia debeant. Et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia forsitan a vobis, etiam nulla, vel minus sufficienti facultate suffulsa, de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus prædictis, etiam in favorem consanguineorum, & affinium prædictorum, & alias quomodolibet facta cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per vos in futurum fient, ex nunc, prout ex tunc, & e contra pro dicta summa sex millium ducatorum approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitate omittarum, & omittendarum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerunt in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, specifica, & expressa de illis mentio præsentibus habenda esset, supplemus. Districtius inhiibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, aut aliis Ecclesiarum Prælatibus, necnon Cameræ prædictæ Præsentibus Clericis ac eorum, necnon Fabricæ Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciatæ Sanctæ, & aliis Collectoribus, & Subcollectoribus, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, sub communicationis majoris, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis, ne Universitates, collegia, ac loca, & legatarios, hæredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi executores prædictos directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare audeant quoque modo, vel perturbare.

§. 8. Decernentes prædicta omnia, & singula, præsentisque literas, & testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quæcumque, necnon quæ in præmissis facta sunt, aut fieri contigerit tam vigore præsentis, quam etiam aliarum concessionum vobis factarum, & deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde secutis, & secuturis, etiam si vos intra curiam, aut in quacumque alia Mundi parte extra Ecclesias, & Beneficia personalem residentiam requirerentia qualitercumque qualificata per vos nunc, & pro tempore obtenta, etiam pro vestra sola voluntate, & nulla subsistente causa non residendi, ab humanis decedere contigerit, sub literis rec. memor. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostri contra quoscumque Episcopos, Archiepiscopos, & alios Prælatos, necnon Parochialium Ecclesiarum Rectores, ceterosque residentia personali prædictæ adstrictos extra illam quomodocumque decedentes septimo Kalen. Decembris Pontificatus sui An. Quinto, aut alio veriori tempore emanatis, & sub quibuscumque aliis Constitutionibus, aut revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, declarationibus Apostolicis, Cancellariæ Apostolicæ Regulis ex qui-

Clausula peculiaris.

buscumque causis quantumcumque maximis, urgentibus, & inexcogitabilibus, etiam in favorem fidei, & Divini cultus augmentum, ac consistorialiter etiam a nobis, & Sede prædicta hætenus, vel nunc, & pro tempore factis, & editis minime comprehendi, sed semper ab illis excepta, & quoties emanata fuerint, toties in pristinum, & validissimum statum, & etiam sub posteriori data, etiam cum derogationibus, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, irritantibusque, & aliis Decretis per vos eligenda apponendis, & latissime specificandis reposita, restituta, & plenarie reintegrata, ac de novo concessa, validaque, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suosque plenarios, & omnes effectus, quos de jure, stylo, consuetudine, aut alias quomodocumque sortiri poterunt, ac vim veri, legitimi, jurati, stipulati, validi, & efficacis contractus inter vos ex una, ac nos, & Cameram prædictam ex altera partibus habere, nec etiam per promotionem ad Ecclesiam Cathedralis, etiam Metropolitanam, aut translationem, vel aliam statum, & personæ vestræ mutationem cessare, nec per similes, vel dissimiles gratias vobis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, per aliam suppleri debere, nec hæredes, legatarios, ac loca, ad quos, seu quæ bona, jura, & actiones hujusmodi devenerint, vel quibus relinquuntur, aut executores prædictos, ad tertiam, seu aliam eorum partem, quam etiam ex nunc vobis, ac locis, hæredibus, legatariis, ac donatariis prædictis liberaliter concedimus, & donamus, Cameræ, vel Fabricæ, aut Beneficii prædictis, etiam pro expeditione contra Infideles, & quibuslibet aliis quantumlibet piis usibus solvendum, ac cum iis desuper componendum, vel vos ad aliam particularem licentiam, sive indultum, aut confirmationem præsentium a nobis, vel Successoribus Nostri Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, seu confirmatione illius vobis quomodocumque concedenda, de præsentibus mentionem aliquam faciendam ullatenus teneri, nec ad id ulla unquam necessitate cogi posse; Et sic in præmissis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, necnon pro tempore existentes dictæ Cameræ Camerarium, Præsidentes, & Clericos in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Deputantur  
Exequutores.

§. 9. Quocirca Venerab. Fratris Nostri Ostien., & Portuen. Cardinalibus Episcopis, & Dilecto filio Curie Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per Apostolica scripta mandamus motu simili, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte vestra desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, vobis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi firmiter observari, ac vos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes vos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra earumdem præsentium tenorem quomodolibet indebite molestari, inquietari, vel perturbari: Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti reme-

dia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis, super his habent. servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis viibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac præmem. Bonificii Papæ VIII. Prædecessoris etiam nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in iudicium non trahatur, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati de certo Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenit fuerit, cui per hoc alias derogare non intendimus, ac de consensu præstando in pensionibus, & quibusvis aliis etiam per nos, & Sedem prædictam editis, & in posterum edendis Cancellariæ Apostolicæ Regulis, ac stylo in similibus hætenus observato, ac rec. mem. Alexandri Papæ VI. pariter Prædecessoris nostri tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Cameræ prædictæ deberi inter alia disponente, necnon ejusdem Bonificii Papæ VIII. per quam concessionis fructus in absentia percipiendi sine præstatione temporis fieri prohibentur, ac Pii Papæ IV. Prædecessoris etiam nostri de gratis qualecumque interesse Cameræ Apostolicæ concernentibus in d. Camera intra certum tunc expressum tempus præsentandis, & registrandis, ita quod præsentibus in eadem Camera nullo unquam tempore registrari facere teneamini, ac similis rec. memor. Urbani Papæ VIII. pariter Prædecessoris nostri de pensionibus alias translatis iterum non transferendis, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum, & quibusvis aliis Apostolicis, ac Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon legibus, etiam Imperialibus, & municipalibus, tam Urbis, quam aliarum Civitatum, & locorum, in quibus Cives originarii creati existitis, & quarumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, & Hospitalis prædictorum, necnon quorumvis Collegiorum, & Officiorum dictæ Curie, & Regnorum, Provinciarum, & Urbis, ac aliarum Civitatum, & Locorum, ac Cameræ prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, etiam si de illis servandis, & non impetrandis literis Apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel ab aliis imperatis, aut alias quomodolibet concessis utendo vos per vos, vel Procuratores vestros præstiteritis forsitan hætenus, vel vos in posterum præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis dictis Ecclesiis, Monasteriis, Ordinibus, & Hospitalibus, illorumque Præsulibus, seu Administratores, & Superioribus, ac Magistris, Præceptoribus, Prioribus, Militibus, etiam antianis, Capitulis, Conventibus, Civitatibus, & Locis, aliisque prædictis, ac illorum Communitatibus, & Universitatibus, aliisque personis, etiam particularibus, necnon Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ordinariis, etiam eisdem Cardinalibus, ac dictæ Curie Officialibus, illorumque Collegiis, ac etiam decimarum, pedagogiorum, gabellarum, & onerum exactoribus, & appaltatoribus, & aliorum onerum Redemptoribus sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam nos, & Sedem prædictam, etiam consistorialiter, ac de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & Constitutionis perpetuorum, ac mo-

Derogatoria  
specialis.

tu, & scientia similibus: deque Apostolica potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, Marchionum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis, & stabilimentis prædictis caveatur expresse, vel tacite, quod Urbis nisi originariis Civibus Romanis, ac Civium eorundem filii conferantur, quodque nonnullarum Ecclesiarum Beneficia, nisi per personas Illustres, vel nobiles, ac etiam originarios Cives, aut alios certo modo in illis expresso qualificados obtineri non possint, & nulli in Cives Urbis, ac Civitatum, Oppidorum, Terrarum, & Locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possint, nisi prius in dictis Civitatibus, Oppidis, Terris, & locis per certum tempus habitaverint, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascendencia possederint, quodque Præceptoræ, & alia beneficia quæcumque dicti Hospitalis tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione pensionibus Clericis Sæcularibus, & aliis personis, etiam Apostolica auctoritate reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, & privilegiis prædictis, etiam vigore implicitæ derogationis latissime extendendæ, etiam per quascumque literas Apostolicas, & quavis etiam derogatarum derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas derogari non possint, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorundem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus prædictorum ad id accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum Magistrum subscriptæ, ac illi, & præfato Conventui per diversas in forma Brevis aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis presentatas intimatæ, & non alias, nec alio modo, & semper in omnibus, quæ sic fient etiam de simili consilio derogationibus sit apposita clausula, quod illum effectum sortiantur de consensu Magistri, & Conventus prædictorum, & non alias, nec alio modo; quodque ipsi Exactores, & Appaltatores decimas, pedagia, & onera hujusmodi, etiam ab exemptis exigere, & illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat in genere, & in specie, ad effectum præsentium sufficienter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus. Quodque vos primam non feceritis in Ecclesiis hujusmodi personalem residentiam consueveram, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. II. Volumus autem, quod antequam gratia creationis in nostros, & Sedis Apostolicæ Notarios vobis, ut supra, facta perfrui valeatis, in manibus alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ professionem fidei, juxta articulos pridem a Sede prædicta propositos expresse emittere, & solitum fidelitatis juramentum præstare omnino teneamini. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur in Judicio, & extra, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel offensæ. Cæterum volumus pariter, atque decernimus, ut illis ex vobis, quibus similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi facultates a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, quorum respectu etiam familiares continui Commensales erant concessæ fuerunt, præsentibus literæ quoad facultates testandi de bonis, & trans-

ferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscat. die XV. Decemb. MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Regul., quo statuitur, ut Visitator Provinciæ Assumptionis Tucumanensis in Indiis Occidentibus Ordinis Minorum de Observantia, quando Commissarius Indiarum ad eandem non vult accedere, ex eadem Provinciæ eligatur.

Clem. XI. Const. ed. 1717. Sept. 7. P. 17. Concessa fuit facultas eligendi Commissarios Visitatores ex eadem Provinciæ pro Provinciæ Concept. B. M. Fulminis Min. de Observant. Januen. Et hujus Const. ed. 1726. Jan. 28. P. 2. Confirm. Decr. Episcoporum, & Regularium super lite de electione Conventus in Provinciæ Valentia eorundem Fratrum.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Francisci Idalgo Proministri, ac Procuratoris Provinciæ Assumptionis Tucumanensis in Indiis Occidentibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod factò recursum anno 1708. nomine dictæ Provinciæ ad eandem Congregationem, præter alia quamplurima, supplicatum fuerat, quod Commissarius Visitator dictæ Provinciæ, a Superioribus, ad quos spectabat, ex Religiosis benemeritis ejusdem Provinciæ eligeretur, & ad hunc effectum Provincialis, ac Diffinitorium pro tempore existentes ad ipsos Superiores notulam omnium Religiosorum tali munere dignorum transmittere tenerentur, ut illi, quem mallet, pro sui justitia, & æquitate eligere possent, cujus supplicationis ratio fundamentalis fuit, maxima paupertas, & distantia quoad longitudinem, & latitudinem ipsius Provinciæ, in qua tam Dommorum, quam Ecclesiarum ædificia nullum altum habent, imò solum ex luto acerato constructa existunt, adeoque intolerabiles sumptus accessus, & recessus extranei Commissarii Visitatoris sufferre minime valebant, eaque de causa ab Exministro Generali Biesma mediis suis literis Patentibus die 17. Februarii 1701. Matri expeditis hoc idem observari mandatum fuerat, cum decreto quod præfata literæ patentales usque ad Capitulum Generale observarentur; dicta vero Congregatio super dictis precibus, auditis prius relatione, & voto tunc existentis Procuratoris Generalis dicti Ordinis rescripserat, quod exquireretur Votum Capituli Generalis, quod super hoc puncto Commissarii Visitatoris favorabile fuit, ideoque eidem Congregationi supplicato, ut attento favorabili voto memorati Capituli Generalis, tam Commissarius Generalis Indiarum, quam Peruanus, quando per se ipsos eandem Provinciam Tucumanensem visitare volebant, vel nequibant unum ex Religiosis idoneis ejusdem Provinciæ deputare, & nominare, & ad hunc effectum Provincialis, & Diffinitorium pro tempore notulam omnium Religiosorum ad id munus visitandi dignorum, ad eosdem Superiores mittere tenerentur, & respective deberent, sicque in

XXXV.

Dat. 20. Decbr. 1724. An. 1.

Expenuntur casæ, longinquitas nimirum Provinciæ, & intolerabiles sumptus; quæ Congregationem prædictam ad hoc decernendum impulerunt.

Præcipiunt quædam ab eis executioni mandanda.

1724.  
Decretum  
prædictum.

futurum inviolabiliter observari mandarent. Emanavit a præfata Congregatione Cardinalium Decretum tenoris qui sequitur, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita visa relaxatione Eminentissimi Corsini prædicti Ordinis apud Sanctam Sedem Protectoris, ac enuntiato voto Capituli Generalis, referente Eminentissimo Nostro Spinula censuit, & decrevit idem Decretum Capituli Generalis esse approbandum, & confirmandum, ut infra, videlicet. -- Quod stante summa egestate præfate Provinciæ Tucumanen. quæ intolerabiles sumptus adducendi extraneum Commissarium Visitatorem sufferre non potest, quando Indiarum Commissarius per se ipsum non vult accedere ad eandem Provinciam ad Capitulum celebrandum, tunc ex eadem Provinciæ Commissarium Visitatorem debeat assignare, & ad hunc effectum suo tempore Provincialis, & Diffinitorum notulam Religiosorum tali munere dignorum ipsimet Indiarum Commissario transmitti teneantur: Constitutionibus Apostolicis, & Ordinibus, ac aliis quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus. Romæ 22. Septembris 1724. -- F. Card. Paulutus -- V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius -- Loco & Sigilli.

Preces Procuratoris Provincie.

§. 1. Cum autem sicut dictus Franciscus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi quo firmiter subsistat Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, Auctoritate Apostolica, tenora præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Confirmatio relati Decreti.

Clausula.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinibus præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die XX. Dec. MDCCXXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Indulgentiæ omnes præsentis Anni Jubilæi Monialibus, Oblatis, Puellis, & Mulieribus Sæcularibus in Monasteriis degentibus, ac Anachoretis, Eremitis, Infirmis, & in Carcere detentis.

XXXVI.

Pro omnibus aliis hic non exceptis suspensa fuerunt quæcumque Indulgentiæ vertente hoc Anno Jubilæi 1725. Conf. hujus P. ed. 1724. Jul. 6. P. 1.

BENEDECTUS PAPA XIII.

Dat. 12. Januarii 1725. An. 1.

Ad futuram rei memoriam.

Pontificia sollicitudo quamvis omnium Christianifidelium salutem prospiciat, præcipue tamen spiritualibus Sanctimonialium profectibus paternæ charitatis affectu studet providere, ipsæ enim sunt filiæ, quæ obliatæ Populum suum, & Domum Patris sui, animi splendore cælestem Regem oblectant: ipsæ sunt Prudentes Virgines, quæ lampades suas charitatis flamma succensas provide aptantes, meliorem partem elegerunt, & dum vitam calidius petitam ducunt, non modo sibi ipsis ad Cælum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus, cæteris quoque Christianifidelibus eam aperire student. Quare summopere optandum est, ut vitæ rationem, quæ eas Angelis quodammodo æquat, constantissime retineant, ac dent operam, ut sicuti præclaros hic agunt de carne in carne triumphos, ita post hujus vitæ certamina in Cælesti Patria feliciter coronentur.

Proœmium.

§. 1. Quoniam autem consimile vitæ genus quamplurimi Anachoretæ, atque Eremitæ, ut supernarum rerum contemplationi securius vacent laudabiliter elegerunt spiritualibus quoque ipsorum incrementis paternis visceribus, maxime ducimus consulendum. Cum igitur tam ipsi, quam præfate Sanctimoniales perpetua vivant clausura mancipati, & multæ Puellæ, & Mulieres seculares educationis, vel alia ex causa de licentia Sedis Apostolicæ in Monasteriis degant, ibique clausuræ leges observent, multæque etiam reperiantur Oblatæ, quarum institutum a Sede Apostolica approbatum existit, & quæ in Domibus, seu Conservatoriis in communi vivunt, necnon multi (ut accepimus) utriusque sexus Christianifideles partim Carceribus detenti, partim vero diuturna infirmitate prædediti non solum in Alma Urbe Nostra, & Italia, sed aliis etiam Regionibus, Provinciis, & Locis reperiantur, qui, & quæ respective impedimentis hujusmodi remotis pro percipiendis præsentis Anni Jubilæi fructibus ad Almam Urbem Nostram omnino veniant, & Basilicas, Ecclesiæque ad id deputatas benedicente Domino indubitanter visitarent; verum ob prædicta impedimenta ad Urbem hujusmodi minime venire, neque respective Basilicas, & Ecclesiæ ipsas visitare valeant. Nos pro pastoralis officii Nostri debito, paternæque charitate illorum omnium Animarum salutem, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, omnibus, & singulis Sanctimonialibus quorumcumque Monasteriorum, etiam illorum, quæ ab ordinaria jurisdictione exempta, & Sedi Apostolicæ præfate immediate subiecta sunt, vel esse afferuntur, necnon Oblatis præfatis, ac Puellis, & Mulieribus Sæcularibus Monasteriis hujusmodi de ejusdem Sedis licentia degentibus, & Anachoretis, atque

Causæ præsentis confessionis.

Concessio prædicta Indulgentiarum pro omnibus præfatis, quibuscumque in locis eos esse contigerit.

Eremit-

Eremitis hujusmodi, ac utriusque sexus Christianidelibus tam Carceratis, quam Infirmis prædictis tantum, & qui alias impedimentis longæ carcerationis, ac diuturnæ infirmitatis cessantibus ad hanc Almam Urbem pro Theauris Spiritualibus hujusmodi consequendis venturi fuissent, vere poenitentibus, & confessis, quod in Locis ubi eos esse contigerit, pia Christianæ pietatis, & charitatis opera, juxta formam ab Ordinariis Locorum, seu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujusmodi Superioribus, vel de eorum mandato a prudente Confessario; In Alma vero Urbe a Dilecto Filio Nostro Vicario, seu ejus Vicesgerente tantum præscribendam pro cuiuslibet statu, & conditione, ac loci, & temporis ratione habita exercendo, & alia in nostris Literis Indictionis Anni Jubilæi contenta adimplendo, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones etiam plenissimas consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si in hoc præsentis Anno Jubilæi diebus ad id statutus quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesias Almæ Urbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Jubilæum, & Indulgentiæ prædictæ concessæ sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret: Eisdemque Sanctimonialibus, ac Oblatis, Puellis, & Mulieribus Secularibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis, & Christianidelibus impeditis hujusmodi, ut ad effectum præsentium Confessorios Presbiteros Seculares, vel cuiusvis Ordinis Regulares ab iisdem Ordinariis Locorum ad id probatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, & delictis quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis, injuncta eis poenitentia salutari absolvere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Clausulæ.

§. 2. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium Literarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die XX. Jan. MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVII.

Abrogantur quæcumque Privilegia personalia Monachis Ordinis S. Benedicti Congregationis Portugalliæ alias concessa.

*Hujus etiam Constit. ed. 1724. Octobris 3. P. 1. Abrogata fuerunt Privilegia omnia personalia, quæ Minoribus Ord. S. Francisci in Regno Portugalliæ concedi consueverunt.*

Dat. 27. Jan. 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Proœmium.

**I**n suprema militantis Ecclesiæ specula meritis licet imparibus, divina dispositione collocati in eam præcipue curam sollicitis studiis intendimus, ut Religiosorum Virorum sub suavi vitæ Monasticæ jugo altissimi obsequiis mancipatorum Congregationes salubriter dirigantur, laudabilibusque institutis suis quocumque sublatō impedimento inhærentes, felicibus in dies benedicente Domino, proficiant incrementis.

Cum itaque (sicut accepimus) in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, ac Insulis in Indiis, & Ultramarinis conquistis ipsorum Regnum Portugalliæ, & Algarbiorum dominio temporali subiectis Monachis Congregationis Portugalliæ Ordinis S. Benedicti diversa Indulta, & Privilegia personalia, prærogatiuæ, immunitates, atque exemptiones concessa reperiantur, unde gravissima in prædicta Congregatione scandala enasci, magnumque Monastica in ea disciplina, & obervantiæ relaxationi ostium pandi experientia ipsa compertum est. Nos præmissis quantum cum Domino possumus de opportuno remedio providere, salubrique, ac prosperæ ipsius Congregationis Monachorum directioni consulere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine omnia, & quæcumque privilegia, & Indulta personalia, prærogativas, immunitates, & exemptiones quibusvis dictæ Congregationis Monachis, & personis cuiuscumque Dignitatis, qualitatis, & conditionis existant quovis titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cuiuscumque Instantiam, & supplicationem tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris, & a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Sedi Apostolicæ in eisdem Regnis Nuntiis, ac quibuslibet Congregationis Monachorum hujusmodi Superioribus hæcenus quoquo modo contra, & præter Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum instituta, & Apostolicas Constitutiones concessa harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, neminique ullatenus suffragari, neque de cætero a quoquam concedi posse: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Mandantes propterea, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, vocisque activæ, & passivæ penis eo ipso incurren., dilectis filiis Generali, aliisque dictæ Congregationis Abbatibus, & Superioribus, ut quamprimum præsentem nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Monachos Congregationis hujusmodi similia Indulta, privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones habentes illos eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris & facti remediis juxta Regularia Congregationis, & Ordinis prædictorum Statuta Apostolica Auctoritate confirmata omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursum remotis compescendo.

§. 1. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione Indultorum, Privilegiorum, prærogativarum, immunitatum, & exemptionum hujusmodi emanatis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis irritantibus, & aliis Decretis in contrarium

Causæ præsentis abrogationis.

Abrogatio prædicta motu proprio facta.

Mandatur executio harum literarum.

Clausulæ cum derogatoriis.

præmissis.

præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XXVII. Januarii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

XXXVIII.

Declaratur irrita electio, & consecratio Cornelii Steenoven in Archiepiscopum Ultrajectinum.

*Alia Const. hujus ed. 1725. Aug. 13. P. 2. Declaratur nulla electio Cornelii Berchaman in Archiepiscopum Ultrajectinum cum indictione Excommunicationis late Sententiæ audentibus illum consecrare.*

Dat. 21. Febr. 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Dilecti filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Litteræ diriguntur ad Catholicos in Federato Belgio.

Qua sollicitudine ad Animarum Vestrarum salutem hæc S. Sedes advigilet, quove studio curet, & nitatur, ut adversus insidias Diaboli nulla vobis desint sana doctrina, salutaria disciplina, & vigilantia pastoralis præsidia, jam assiduis hætenus argumentis exploratum vobis esse non dubitamus. Hæc ipsa tamen doloris acerbitas, qua gemitus Nostros ad Vos deferre, meritorisque causas iteratis questibus replicare, & recentibus scandalis obviam ire compellimur, novum vobis, nec obscurum esse debet paternæ Nostre charitatis testimonium.

Expositio facti.

§. 1. Nostri autem dilecti Filii, quibus artibus pravæ doctrinae semina spargere molientes dissensionis Filii, non solum catholico nomine, sed pastoralium etiam munerum inducta larva, & confictis Ecclesiasticis Ministerii titulis abutentes, ad Animarum curam, & Sacramenta administranda obrepere, aut irrumperentaverint. Sed superbia eorum, qua ascendit semper, eo demum temeritatis evasit, ut postquam a septem Clericis, qui Canonicorum nomen jactabant Ultrajectini Capituli, quod jam ante annos abhinc plures supra centum intercedit, perperam, ac temere facta esset die 27. mensis Aprilis anno 1723. Electio Cornelii Steenoven turbolentæ factionis antesignani, & Ecclesiasticis censuris obstricti in Archiepiscopum Ultrajectinum, quanquam ab hac Sancta Sede rejectam eiusmodi Electionem certo, & palam rescivissent; curarunt tamen, atque effecerunt, ut eidem Cornelio die 15. mensis Octobris anno 1724. Apostolica aucto-

ritate, & Sacrorum Canonum contemptis regulis, per detestabilem, ac sacrilegam manum impositionem Episcopalis consecrationis munus traderetur. Ne autem factiosorum conatus ulla pravitate vacarent, consecratio peracta est a Dominico Maria Varlet Episcopo Babylonensi jam ab exercitio Episcopalis Ordinis suspensa, ejus suspensione per literas Sacri Cardinalium Collegii apud vos typis impressas publice denunciata; sed ad hæc inde etiam cumulus perverstitatis accessit, quod memoratus Episcopus Babylonensis, minime assensibus expressis præscripto Sacrorum Canonum duobus aliis Episcopis, nullaque Apostolica dispensatione suffultus, solus antedictum Cornelium consecrare ausus fuerit.

§. 2. Ut igitur pro nostræ servitutis officio opportuna remedia tantis scandalis adhibeamus, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus, tam electionem ejusdem Cornelii in Archiepiscopum Ultrajectinum fuisse irritam, ac prorsus nullam; quam ejus consecrationem fuisse omnino illicitam, & execrandam, ac proinde ipsum temere, nulloque jure electum Cornelium omni Ecclesiastica, & Spirituali jurisdictione pro Animarum regimine carere; atque illicite consecratum ab omni exercitio Episcopalis Ordinis esse suspensum. Mandamus propterea, districtèque interdicens memorato Cornelio sub pœna Excommunicationis ipso facto sine alia declaratione incurrendæ, ne audeat Pastores, Missionarios, Ministros, aut alios quocumque nomine nuncupentur, ad Animarum curam, & Sacramentorum administrationem quovis etiam necessitatis prætextu constituere, ac deputare. Simul etiam palam edicimus, & declaramus, omnes, & singulas prædictorum officiorum deputationes pro Animarum regimine quocumque nomine factas, aut fortasse faciendas, cum omnibus inde secutis, prorsus irritas esse, ac nullius roboris, & momenti. Rursus eidem Cornelio præcipimus, & inhibemus, ne sub simili Excommunicationis pœna audeat illicite Sacramentum Confirmationis, aut Ordines conferre, aut quoquo pacto Ordinem Episcopalem a quo suspensus est, exercere.

§. 3. Vobis autem, dilecti Filii, graviter injungimus, ac vetamus, ne antedictum Cornelium pro vero Archiepiscopo Ultrajectino habeatis, & agnoscat, neve cum eodem ullo pacto, præsertim in Divinis, communicetis; aut ab ipso, vel ab aliis per ipsum perperam, & inaniter deputatis Sacramenta, aut Ordines accipiatis. Noverit enim, qui Ordinibus initatus ab ipsis fuerit, suspensionis se vinculo restrictum, atque irregularitati præterea obnoxium, si susceptos Ordines exercuerit. Reliquum est, ut paternis curis nostris filialis obedientiæ, fideique vestrae officia respondeant. Nullum enim jucundius dolori nostro solatium afferri potest, quam ut intelligamus, Vos caute ambulantes, non vocem alienorum audire, sed Pastorem sequi, & domum ædificare supra firmam petram. Ac vobis, dilecti Filii, Apostolicam benedictionem, quam celestis præsidii pignus, atque adversus potestates tenebrarum arma, & scutum esse optamus, peramanter impartimur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XXI. Februarii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno primo.

Declaratio prædictæ irritæ electionis: cum inhibitione eidem Cornelio, ut abstinere ab exercitio Ordinis Episcopalis.

Injungitur eidem Catholicis, ne prædictum Cornelium in Archiepiscopum agnoscant.

Declara-

XXXIX.

Declaratur, quasdam Indulgentias in generali Indulgentiarum suspensione, Anno Jubilæi durante, indicta, minime comprehendi: & quasdam alia Indulgentia conceditur.

*Inter alias excipiuntur Indulgentia concessæ ab Inn. XI. Const. ed. 1678. Oct. 1. Comitantibus SS. Viaticum, quæ confirmata, & ampliata fuerunt ab Inn. XII. Const. ed. 1695. Jan. 5. P. 4. Et alia hujus Const. ed. 1725. Apr. 28. P. 1. Fit facultas Christi Fidelibus consequendi etiam suspensas Indulgentias, in suffragium tamen Animarum Purgatorii.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Universis Christi-Fidelibus presentes Literas inspecturis salutem, & Apostolicam Benedictionem.*

Dat. 2. Martii  
1725. An. 1.

Exordium.

**D**ecet Romanum Pontificem quarundam Indulgentiarum, & gratiarum Spiritualium concessiones, quæ ad Divini cultus incrementum, & ad augendam Fidelium devotionem, Animarumque salutem promovendam peculiariter impertiri dignoscuntur, ab indicta Anno Jubilæi generali earundem Indulgentiarum suspensione excipere, ne circa eas, aliquibus dubitandi occasio præbeatur.

Enumeratio Indulgentiarum, quæ sub prædicta suspensione minime comprehenduntur.

§. 1. Quum itaque Nos nuper sub generali suspensione hujusmodi, nec Indulgentias Altarium privilegiatorum pro Fidelibus Defunctis, nec alias quascumque eodem modo pro solis ipsis Defunctis concessas venire, sed quas Vivi sibi lucrari possunt cum facultate illas per modum suffragii Animabus eorundem Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus applicandi suspensas esse, minusque Indulgentias concessas in articulo Mortis in facultate illas aliis communicandi cessare, neque a Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium de Latere Legatis, & Apostolicæ Sedis Nunciis, ac Episcopis in usu, seu exercitio Pontificalium, aut in impartienda Benedictione, aliave forma consueta concedi solitas; sicuti etiam perdurare facultates Tribunalis Officii Inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, auctoritate Apostolica instituti, ejusque Officialium, Missionariorum quoque, & Ministrorum, qui ab eodem Tribunali, seu a Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præposita, vel alias a Sede prædicta ad id deputati fuerint, & præsertim facultates absolvendi ab hæresi illos, qui abjuratis eorum erroribus, capaces ejusmodi absolutionibus redduntur; Insuper Indulgentias a fel. rec. Innocentio XI., & Innocentio XII. Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostris per quasdam suas desuper in simili forma Brevis die prima Octobris 1678., & die prima Julii 1695. respective expeditas Literas Christi Fidelibus, qui Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, dum ad Infirmos deferri contigerit, devote comitati fuissent, aut legitimo impedimento detenti personaliter comitari nequissent, sed tamen lumen, seu faciem per alios ea occasione deferendum, seu deferendam misissent, prout etiam à Nobis per nostras in pari forma Brevis Literas die 14. mensis Septembris proxime præteriti emanatas, mane, aut meridie, seu vespere ad pulsum Campanæ flexis genibus Salutationem Angelicam recitantibus concessas, sub præfata suspensione Indulgentiarum minime comprehen-

di auctoritate Apostolica declaraverimus.

§. 2. Nunc autem universos Christifideles de nostra in præmissis mente, & voluntate certiores reddere, & ad Indulgentias, & gratias Spirituales ejusmodi lucrificandas, quæcumque submota dubietatis occasione, alacrius excitare cupientes; Omnibus, & singulis Christi-Fidelibus prædictis declarationem a Nobis, sicut præmittitur, editam, quod scilicet memoratæ Indulgentiæ, & gratiæ Spirituales, durante Anno Jubilæi lucriferi possint in omnibus, & per omnia, perinde acsi generalis suspensio præfata non emanasset, tenore præsentium denuntiamus, ac edicimus, palamque, & notam facimus.

§. 3. Præterea ad fovendam, ampliandamque eorumdem Fidelium erga Sanctissimum, Augustissimumque Corporis, & Sanguinis Domini Nostri Jesu Christi Sacramentum prædictum, pietatem, atque devotionem illis omnibus, & singulis Christi-Fidelibus ubicumque extra Urbem degentibus Confessis, ac Sacra Communione refectis, vel saltem vere contritis, & cum firmo proposito confitendi, qui in Ecclesiis ubi Oratio quadraginta horarum, durante præsentis Anno Jubilæi, indicta fuerit, devote eo temporis spatio, quod illis commodum fuerit, oraverint, toties, quoties id egerint Septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta, dicta auctoritate relaxamus, prout eidem Orationi quadraginta horarum in Ecclesiis Almæ Urbis Nostræ institutæ interessentibus novissime concessimus.

§. 4. Non obstantibus suspensione hujusmodi, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium Literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris die II. Martii MDCCLXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Conceduntur Indulgentiæ iis, qui fuerint Orationi 40. horarum ubicumque.

Clausula.

Interdicitur Regularibus omnibus, ad quas-cumque dignitates Ecclesiasticas promotis, ne secum extra Cœnobita ulla bona adportare audeant.

XI.

*Similis interdictio pro F. F. Minoribus Conventualibus facta est ab Alex. IV. Const. ed. 1255. Decemb. 5. P. 1. Et pro F. F. Predicatoribus a Clem. IV. Const. ed. 1268. Jun. 9. P. 4. Quæ Constitutiones hic referuntur, & extenduntur ad omnes ordines Regulares.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 7. Martii  
1725. An. 1.

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

**P**ostulat humilitati Nostræ Divina dispensatione commissum Sacrosancti Apostolatus officium, ut quæcumque respiciunt bonum, tranquillitatem, & commodum Ordinum Regularium, unde plurimum omni tempore non modo splendoris, ac ornamenti, verum etiam utilitatis, acque præsidii Catholicæ Ecclesiæ accessisse, ac in dies magis accedere factis omnibus notum est; & quorum in Cœtu, nempe in Ordine Fratrum Predicatorum, Nos ipsos olim fuisse, plurimumque annorum spatio

Procerum.

versatos

verfatos esse in Domino gloriamur, propensius studiis, paternaque charitate, & sollicitudine promovere non omittamus; ac ea præsertim, quæ ad tollendos abusum, arcendam proprietatis labem, & inviolatum custodiendum in eisdem Ordinibus paupertatis Votum, a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostriis provido, iustoque consilio sancita fuisse noscuntur, ut serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostre munimine robaremus, & alias desuper concessa Nobis cælitus auctoritatis partes interponimus, prout rerum, ac temporum conditio exigat, & Nos omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad majorem Omnipotentis Dei gloriam, prosperum prædictorum Ordinum Regularium statum, ac Animarum pretiosissimo Christi Sanguine redemptarum salutem, expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Alexander Papa IV. Prædecessor Noster, cum expositum illi fuisset aliquando contingere, ut Fratres Ordinis Minorum Conventualium Sancti Francisci ad Episcopalem, & alias Superiores, seu inferiores Dignitates promoti secum adportare, propriisque usibus applicare præsumerent Libros, & alia, quæ tempore suæ promotionis haberent, tamen non ad eos, quibus nihil proprium habere licet, sed ad Ordinem pertinerent; ad ejusdem abusum submovendum, & consulendum præfati Ordinis indemnitati, quasdam suas desuper promulgavit Literas Apostolicas tenoris sequentis, videlicet: Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Generali, & Provincialibus Minoris Ordinis Fratrum Minorum. Ex parte vestra Nobis fuit intimatum, quod, cum contingat interdum ad Episcopalem, & alios superiores, seu inferiores Dignitates, aliquos de Fratribus vestri Ordinis promoveri, ipsi libros, & alia, quæ tempore suæ promotionis habent, licet non ad eos, cum proprium eis habere non liceat, sed ad Ordinem pertineant memoratum, propriis usibus applicare præsumunt in suarum perniciem Animarum: Quare suppliciter postulatis a Nobis, ut providere super hoc salubriter curaremus. Nos igitur eorundem Fratrum salutis, & indemnitati vestri Ordinis paternam volentes sollicitudine providere, ut libros, & alia quæ ipsos promotionis suæ tempore habuisse, seu habere contiterit, Tibi, Fili Generalis Minister, vel tuis Provincialibus Ministris, submotâ qualibet dilatione, resignent ipsis Fratribus jam præmotis in virtute obedientiæ, illis autem, quos promoveri contigerit, ne resignare differant, auctoritate præsentium duximus injungendum, nisi forsan Vos ipsorum usus eis ad tempus concesseritis de gratia speciali. Datum Laterani Anno Incarnationis Dominicæ MCCLV. Nonis Decembris, Pontificatus Nostri Anno Primo.

§. 2. Deinde, cum memoratus abusus in Ordinem quoque Fratrum Prædicatorum irrepisset, recol. mem. Clemens Papa IV. Prædecessor itidem Noster pro suo Pastoralis zelo eum extirpandum curavit per suas consimiles Literas Apostolicas, quarum tenor hic subjicietur: Clemens Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis Filiis Magistro, & universis Prioribus, & Fratribus Ordinis Prædicatorum salutem, & Apostolicam Benedictionem. Providentia laudabilis, & salubris in cunctis vestris haberi debet operibus, ut exinde claritatem nominis in conspectu Dei, & hominum habeatis. Cum itaque (sicut asseritis) contingat interdum, quod illi ex vobis, qui de Ordine vestro ad Archiepiscopatum, & Episcopatum, & alias Prælaturas Ecclesiasticas assumun-

tur, non considerantes, quod ex professione in ipso emissâ Ordine nihil habent proprium, quod sibi specialiter valeant retinere, libros, & alia, quæ apud eos hujusmodi tempore promotionis habent, usibus propriis applicare, secumque portare præsumant in propria salutis dispendium, & dicti Ordinis non modicum detrimentum: Nos præsumptioni hujusmodi volentes salubriter refragari, universis Fratribus dicti Ordinis ad hujusmodi Archiepiscopatum, Episcopatum, & Prælaturas de cætero assumendis, auctoritate præsentium districtius inhibemus, ne consecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona contingenti Ordinem memoratum, quæ apud eos tempore suæ promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conventibus, de quibus assumpti fuerunt, cum integritate resignent, nisi forsan iidem Priores, de consensu ipsorum Conventuum, usum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum: alioquin eo ipso ab executione Pontificalis Ministerii noverint se suspensos. Inter hujusmodi autem libros non intelligimus comprehendere quaternulos, & alias cartulas, vel membranas, in quibus dicti Fratres sibi certa notabilia cum aliquibus privatis sermonibus collegerunt. Nulli ergo &c. Datum Viterbii Anno Incarnationis Dominicæ MCCLXVIII. quinto Idus Junii Pontificatus Nostri Anno Quarto.

§. 3. Quanvis autem præsertarum Apostolicarum Literarum tenorem a memoratis Regularibus, pro quibus emanarunt, religiose hæcenus observatum fuisse, & adhuc observari minime vereamur. Nihilominus nonnullis justis, & gravibus adductis rationibus, ad obstruendum fraudibus, quæ forsan in posterum committi possent, quemcumque aditum, eisdem Alexandri, & Clementis Prædecessorum Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis confirmandas, & innovandas esse duximus; prout Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostriis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione illas, & in eis contenta quæcumque (iis tantum exceptis, quæ eidem Nostre Constitutioni adversantur, ut infra) amplissime confirmamus, approbamus, ac innovamus, & quatenus opus sit, adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquo modo prætendi posset, restituumus, pristinum in statum reponimus, ac plenarie integramus.

§. 4. Præterea, etsi satis constet saluberrimam prædictam Literarum dispositionem non ad eos dumtaxat, de quibus loquitur, sed ad universos etiam alios Regulares Ordines pertinere, cum ratio Voti solemnitis paupertatis, cui illa unice innititur, vigeat, locumque habeat generatim absque ulla prorsus differentia in omnibus Ordinibus, quorum Professores eodem paupertatis Voto æqualiter obstringuntur: adeoque sicut iidem Professores indiscriminatim nihil proprium possident, nec possidere possunt, & quidquid acquirunt, Monasterio, & Ordini acquirunt, ita sane absque ullo discrimine, quando ad Prælaturas Ecclesiasticas assumuntur, bona, quæ ante earum affectationem habebant, secum asportare propriisque in usum convertere nequaquam possunt, sed Monasterio, & Ordini, cui acquisita sunt, ex integro relinquere, ac resignare tenentur; Nihilominus ad quamcumque ambiguitatem submovendam, ac penitus è medio tollendam, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, memoratas Alexandri, & Clementis Prædecessorum Literas tenore præsentium expresse extendimus, ac ampliamus ad omnes etiam,

& singu-

Refertur quædam Constitutio Alexandri IV., quæ idem injungitur singulis Minoribus Conventualibus.

Confirmatio  
relatarum  
Constitutio-  
num.

Extensio eorundem ad omnes alios Regulares Ordines.

& singulos alios Catholicæ Ecclesiæ Ordines, Congregationes, ac Instituta Regularia, Monastica, & alia quocumque nomine, & titulo nuncupata, nullo prorsus excepto, a quibus, & ab eorum Professoribus deinceps illas in omnibus, & singulis, quæ præfenti Constitutioni non adferantur, exactissime observari volumus, præcipimus, & mandamus, perinde ac si ipsæmet Literæ a præfatis Prædecessoribus Nostri pro singulis aliis Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis prædictis, eorumque Professoribus quibuscumque editæ, & promulgatæ fuissent, & non alias, nec alio modo.

Idem denuo omnibus inhi-  
bitur ab  
hoc Ponti-  
fice.

§. 5. Cupientes insuper, ut omnis ansa, & occasio quibuscumque alienis, extraneis, aut subdolis prædictarum Literarum interpretationibus præcidatur, Ordinumque Regularium quorumcumque præfatorum indemnitati plenus etiam, atque uberius consultum sit: motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, omnibus, & singulis Regularibus Personis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti, ut præfertur, quæ a Nobis, & a Romano Pontifice pro tempore existente ad Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, vel quascumque alias Prælaturas, & Dignitates Ecclesiasticas in posterum assumentur, tenore præsentium strictissime interdiximus, ac inhibemus, ne secum adportare, propriisque usibus applicare audeant libros, pecunias, credita, deposita, & bona mobilia, seu immobilia cujuscumque generis, & speciei, quæ eos tempore suæ promotionis penes se, vel alios habere contigerit, *exceptis dumtaxat Scriptis, propriis indumentis, & Breviario*; sed ea omnia, statim ac suæ promotioni consenserint, & antequam Consecrationis munus suscipiant, Superiori Locali, & Capitulo Cœnobii, Conventus, aut Domus, ubi degunt, integra, & intacta absque ulla prorsus diminutione, cum eorum Notula, seu Inventario bona fide confecto, resignare teneantur, ut illi postmodum Cœnobio, Conventui, vel Domui applicari possint, ac debeant, cui juxta Constitutiones, & consuetudines cujusque Ordinis, Congregationis, ac Instituti applicanda esse constiterit. Quod si secus fecerint, & huic nostræ Ordinationi non obtemperare præsumperint, contra facientes, ultra penam suspensionis ab exercitio Pontificalis Ministerii in præfatis Clementis IV. Literis constitutam, suspensionis insuper a Divinis penam ipso facto incurrant, cujus relaxationem Nobis tantum, & Romano Pontifici pro tempore existenti (sublata ceteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario, eam, etiam ad tempus, relaxandi facultate) specialiter, & expresse reservamus, ac reservatam esse volumus, & mandamus.

Admittit Superioribus  
Ordinum facultas concedendi  
promotio eisdem  
ad tempus  
ulium librorum,  
aliorumque.

§. 6. Postremo, cum æquum, & salutare, imo etiam necessarium arbitremur, ut occurratur, ac opportunum adhibeatur remedium præjudicii, & detrimentis, quæ hæcenus illata fuisse novimus, ac etiam de cetero inferri posse animadvertimus Ordinibus Regularibus, Cœnobiis, Conventibus, ac Domibus prædictis ex facultate, quæ ab Alexandro Prædecessore Ministro Generali, & Provincialibus Ordinis Fratrum Minorum Conventualium S. Francisci, & a Clemente itidem Prædecessore Ministro Generali, ac Prioribus Ordinum Fratrum Prædicatorum, ut præfertur, tributa fuit concedendi promotio ad Episcopalem, & alias Ecclesiasticas Dignitates, usum ad tempus Librorum, aliorumque bonorum, quæ tempore suæ promotionis habebant; Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, tenore præsentium nedum præfatis, sed etiam omnibus,

& singulis aliis Superioribus quorumcumque aliorum Ordinum, Congregationum, ac Institutum Regularium prædictorum, ad quæ præinfertis Alexandri, & Clementis Prædecessorum Literas, ut supra extendimus, & ampliamus, etiam Abbates, Magistri, Ministri, & Præpositi Provinciales, aut Generales fuerint, vel quacumque alia denominatione, ac titulo Ordinibus, Congregationibus, & institutis antedictis præferant, necnon eorundem Cœnobiolorum, Conventuum, Domorumque Superioribus Localibus, & Capitulis quibuscumque, prædictam facultatem concedendi ad tempus usum Librorum, aliorumque mobiliū præfatorum prorsus adimimus, auferimus, & abrogamus, ac pro adempta, sublata, & prorsus abrogata ab omnibus in posterum haberi volumus, statuimus, & declaramus, itaut perpetuis futuris temporibus ejusmodi facultate uti amplius non possint, nec debeant, perinde ac si ipsi a præfatis Prædecessoribus Nostri nunquam tributa, & concessa fuisset, & non alias, aliter, nec alio modo: sub pena, si secus fecerint, suspensionis a Divinis eo ipso incurrenda, cujus relaxationem Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, privative quoad omnes alios, reservamus, & reservatam esse statuimus, præcipimus, ac mandamus.

Clausula.

§. 7. Decernentes præfentes Literas semper validas, firmas, & efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum, inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quavis præminencia, & potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, ac autoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si quid secus super his a quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatorie  
peculiare.

§. 8. Non obstantibus præinfertis Alexandri IV., & Clementis itidem IV. Prædecessorum Literis, & de jure quæsitio non tollendo, ac certis Nostri, & Cancellariæ Apostolicæ regulis, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, illorumque Superioribus, & Professoribus quibuscumque sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque, etiam derogatarum derogatoriis, & aliis efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, etiam motu simili, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio faciendâ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præfenti-

bus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respectively habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permanfuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Alia clausula.

§. 9. Ut autem præsentis Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generali in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sique publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arcere, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent: utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, reintegrationis, decreti, declarationis, statutorum, voluntatum, mandatorum, Constitutionis, assignationis, præcepti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDCCXXV. nonis Martii Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. M. Card. Prodatur.

XLI.

Conceduntur duabus Facultatibus utriusque Juris, & Artium liberalium in Oppido Palen. Provinciæ Bearnia nuper erectis Privilegia omnia Universitatibus Studiorum Generalium Regni Galliarum concessa; ac pariter Studentibus, & ad gradus Scholasticos in eis promotis.

*Imm. XIII. Const. ed. 1721. Maji 9. P. 1. Confirmatur, & innovatur concessio Privilegiorum Universit. Stud. gen., & Collegio Doctorum Civit. Urbini a Clem. XI. facta. Et hujus Const. ed. 1727. Jul. 1. P. 4. erigitur Universitas Studiorum in Civitate Camerinenfi.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 13. Martii 1725. An. 1.

Duas facultates prædictas nuper erectas fuisse refertur.

Nuper pro parte Charissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi Nobis expositum fuit, quod cum dilecti filii Clerus, & Populus Provinciæ suæ Bearnia ei exposuissent grave incommodum, & dispendium quod Incolæ Provinciæ prædictæ in amandandis Juvenibus ad Studiorum Generalium Universitates utpote multum inde distitas sentiebant, ipseque Ludovicus Rex eorundem Incolarum commoditatibus, ac utilitati prospicere cupiens erectioni duarum facultatum in Oppido Civitate nuncupato Palen., quod dictæ Provinciæ caput existit, utriusque nempe Juris Canonici, & Civilis, ac Artium liberalium assensum suum præbuisset, quæ postmo-

dum inibi erectæ, & institutæ fuerunt; Nunc autem memoratus Ludovicus Rex duabus facultatibus sic erectis prerogativas Universitatibus Studiorum generalium intra Regni sui Galliarum fines consistentibus concessas imperitari, eos vero, qui eidem facultatibus pro tempore studuerint, ac exacto Studiorum cursu ad Doctoratum, aliove gradus Scholasticos in utroque, vel altero Jurum prædictorum, seu ad Magisterium Artium prædictarum promoti fuerint, eidem Privilegiis quibus in ipsis Universitatibus Studiorum generalium dictis facultatibus vacantes, aut ad Doctoratum, gradus, & Magisterium hujusmodi in eis promoti ex concessionibus Apostolicis frunntur, donari, ac similiter frui posse plurimum desideret. Nobis propterea idem Ludovicus Rex humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Ludovici Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui narrata attenderunt, consilio, petito Indultum auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & imperitumur, itant qui supradictæ juris facultati studuerint, quive Doctoratum, Baccalaureatum, aliove gradus Scholasticos servatis servandis in eodem jure receperint, omnibus, & singulis Privilegiis etiam habilitationis ad Beneficia Ecclesiastica assequenda, quibus alii, qui juri student, aut dictos gradus in præfati Regni Galliarum, & signanter Tholosan. Studiorum generalium Universitatibus recipiunt ex quibusvis concessionibus Apostolicis quomodolibet utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere debant, & valeant.

§. 1. Decernentes ipsas præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respectively inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, quibusvis etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanfuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die XII. Martii MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Preces Ludovici Regis Galliarum pro concessione prædictorum Privilegiorum eisdem facultatibus.

Concessio privilegiorum prædictorum.

Clausula cum derogatoris.

Confirmatur

**XLII.**

Confirmatur Constitutio Sixti V., qua, juxta declarationem Pii V. hac super re, decernitur, ut omnes obtinentes Commendas, & Beneficia Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani ad solutionem jurium communis Ararii prædicti Hospitalis teneantur.

*Dicta Sixti V. Constitutio hic inserta edita fuit 1585. Maji 1. P. 1.*

**BENEDICTUS PAPA XIII.**

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat 21. Mar.  
cii 1725. An.  
1.

Exordium.

**A**D Pastorale fastigium meritis licet imparibus Divina dispositione evecti, ea, quæ de Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostorum, & Apostolicæ Sedis benignitate in favorem Militiarum, & Hospitalium quorumcumque ad Omnipotentis Dei gloriam, suæque Ecclesiæ Sanctæ exaltationem, illius vero hostium profligatione pie, provideque institutorum processerunt, quo majoris validitatis munimine subsistant Apostolicæ confirmationis patrocinio, cum id a Nobis petitur constabilius.

§. 1. Dudum siquidem fe. re. Sixtus PP. V. Prædecessor Noster omnes, & singulos Prioratus, Bajulatus, Castellanas, Præceptorias, & alia Beneficia, & pensiones Militiæ S. Joannis Hierosolymitani, etiam ex Sedis Apostolicæ provisione obtinentes ad solutionem jurium communis Ararii Hospitalis dicti Sancti Joannis Hierosolymitani omnino teneri, Receptoresque ejusdem Hospitalis, fructus, redditus, & proventus ejusmodi Præceptoriarum, & Beneficiorum propria auctoritate exigere, ac illorum possessionem apprehendere, ac de illis disponere posse decrevit, & declaravit per suas desuper literas in simili forma Brevis in forma rationi congrua expeditas, tenoris qui sequitur videlicet: Sixtus PP. V. Ad perpetuam rei memoriam. Equum arbitramur, & congruum, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet ejus superveniente obitu literæ desuper confectæ non fuerunt suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem felicis re. Pius PP. V. Prædecessor Noster sollicita considerationis indagine perstrutans quantis periculis, quantisque bellorum turbibus tunc agitata fuerat Insula Melevis, menteque recolens quam indefesse, & viriliter dilecti filii Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani Milites in illa a Christianæ fidei hostibus defendenda se præstitissent. Dignum quin potius debitum reputavit, ut ea, quæ a Romanis Pontificibus illis liberaliter concessa fuerant, non solum confirmationis suæ munimine roborarentur, verum etiam illa, quæ suam utilitatem, & commodum concernerent, si minus generaliter facta viderentur, ita extenderet, ut propter illa omnis impostum dubitandi materia tolleretur. Accepto igitur per eundem Prædecessorem, quod licet alias stabilimentis, usibus, & naturis Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani hujusmodi, seu Privilegiis, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Hospitali, & dilectis filiis illius Magistro, & Conventui concessis expresse cautum fuerat, quod etiam Apostolica auctoritate etiam per resignationem in manibus pro tempore existentis Romani Pontificis factam provisi, ac provisiones, Commendas, seu alias dispositiones etiam Apostolicas de Præceptoris, seu aliis Beneficiis dicti Hospitalis sibi pro tempore factas pro-

quentes certa jura vacantia, seu mortuaria, aut alias nuncupata forsan duplicata communi Hospitalis prædicti Thesauo, seu alias persolvere, ac quedam alia tunc expressa onera subire tenerentur. Quodque de redditibus, & proventibus hujusmodi Præceptoriarum primo, & secundo, ac forsan aliis annis provenientes disponere, seu illos percipere minime possent, sed illi dicto Thesauo, ac alias in usum, & utilitatem Hospitalis, ac illius Militum, seu Mensæ applicari, pro illius necessitatibus sublevandis, ac tuitione fidei adversus Turcas Christiani nominis hostes distribui deberent, ac insuper, Prioratus, Bajulatus, Castellanas, Empostas, Præceptorias, & alia illius Beneficia quæcumque pro tempore qualitercumque obtinentes, certas responsiones, ac ordinarias, & extraordinarias impositiones eidem communi Thesauo annis singulis solvere tenerentur, ipsisque Prioratibus, Bajulatibus, Castellaniis, Præceptoris, & Beneficiis per obitum, seu resignationem etiam in manibus prædicti Romani Pontificis, aut alias quomodolibet pro tempore vacantibus illorum fructus, redditus, & proventus, si per resignationem, juxta vero novam reformationem usque ad Festum Sanctorum Jacobi, & Philippi de mense Maji, ex tunc immediate sequentis pro mortuario, & vacantibus ab eodem Festo usque ad aliud proximum ejusdem Sancti Joannis Baptistæ, seu ut præfertur Sanctorum Jacobi, & Philippi de dicto mense respectively eidem Thesauo cederent. Cum tamen sæpe contingeret nonnullorum petentium ambitionem, ita se extendere, ut Sedis Apostolicæ liberalitate non contenti, etiam ea, quæ in magnum dictæ Religionis præjudicium tendere conspiciabant a Sede prædicta extorquerent, Romanumque Pontificem ob ejus innumeras occupationes ad aliquas gratias sibi concedendas impellere non erubescerent, quas si plene cognovisset, eas profecto illis non concessisset. Attendens itaque dictus Prædecessor quanta, & quam gravia discrimina dicta Insula passa fuerat, & quam graves Magister, & Conventus prædicti tam in illa defendenda, quam in Civitate nova per eos constructa munienda, & reparanda subierant expensas, & incommoda, quod si ipsi, qui pro expensis hujusmodi supportandis certa jura, quæ super quibuscumque dicti Ordinis Prioratibus, Bajulatibus, Castellaniis, Præceptoris, & aliis Beneficiis prædictis exigere consueverant, ab illorum exactione desisterent, illorum vires non parum debilitarentur, consideransque quod postquam piæ me. Pius PP. IV. etiam Prædecessor Noster, tunc suus, unam Sancti Jacobi in Platea Nursiæ Spoletanæ, & alteram Sanctissimæ Trinitatis Tudertinæ, respectively Diocesis dicti Hospitalis Præceptorias tunc certo modo vacantes tunc dilecto filio Simoni Brombillæ Clerico Bergomen. sub certis modo, & forma commendaverat, & seu de illis per suas literas providerat, dictusque Simon sub eandem, seu aliarum literarum prætextu per quas stabilimentis, usibus, naturis, Privilegiis, & Indultis prædictis per eundem Pium IV. Prædecessorem derogatum esse prætendebat, fructus earundem præceptoriarum, & jura illarum ratione dicto communi Thesauo, ut præfertur debita, solvere, & relaxare recusaverat, & recusabat; eundem Pium IV. Prædecessorem Motu proprio, non ad Magni Magistri, aut Conventus, seu Hospitalis Fratrum prædictorum sibi pro eis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex suis certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine per suas in simili forma Brevis desuper confectas literas declarasse per derogationem hujusmo-

Deinceps vero nonnullis, cum contraria a Sede Apostolica extorquerent prædicta jura eidem Thesauo solve recusasse.

Quibus de causis primis a Pio IV. prædictis omnibus derogatis, nullum eidem Thesauo præjudicium inferri velle declaratum fuit.

Constitutio prædicta Sixti V.

Jam pridem stabilimentis, seu Privilegiis Apostolicis cautum fuisse referunt, ut Commendas, aliaque Beneficia dicti Hospitalis obtinentes, ejusdem Thesauo certa jura solvere tenerentur.

Tum a Pio V. omnia in prædicti Pii IV. literis contenta approbata fuerunt.

Necnon Motu proprio ab eodem decreto, ac declaratum; ut omnes obtinentes prædictas Commendas, & Beneficia quacumque dicti Hospitalis, iuribus ejusdem communi Thefauro debitis satisfacere deberent.

Atque ab eodem Pio V. ordinationes quædam emanatae pro his omnibus executioni mandatis, cum clausulis amplissimis, derogatoriis, & irritantibus.

di aliquod, vel minimum Thefauro hujusmodi præjudicium afferri noluisse, & alia fecisse, prout in ipsius Pii IV. Prædecessoris literis plenius continetur. Idem Pius V. Prædecessor tam Pii IV. Prædecessoris hujusmodi vestigiis inhærens, quam præmissis de causis motus, omnia, & singula in ejusdem Pii IV. Prædecessoris literis contenta approbans, & confirmans, illisque perpetuæ & inviolabilis firmitatis robur adjiciens, omnesque, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui forsan intervenissent in eisdem supplens, necnon quarumcumque litium, etiam inter Venerabiles Fratres Nostros tunc suos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, & Religionem præfatam pendendum status, & merita, & in qua pendebant instantiam pro expressis haberi volens, motu, & scientia similibus, ac de Apostolica potestatis plenitudine sub datum videlicet 12. Kal. Aprilis Pontificatus sui Anno Secundo decrevit, & declaravit omnes, & singulos Prioratus, Bajularatus, Castellaniæ, Præceptorias, & alia Beneficia hujusmodi, seu illorum membra, & ab illis dependentia obtinentes, & ab illis regressus, accessus, coadjutorias, & alias gratias tam a Sede Apostolica, quam quavis auctoritate concessas habentes, necnon illorum fructus, & proventus, aut alia jura loco pensionis annuæ, seu pensiones ipsas super eorundem fructibus, redditibus, & proventibus quavis de causa impostas, & imponendas, percipientes pro rata fructuum, & pensionum eorundem de omnibus, & singulis annis vacan. Mortuariis, & aliis quibuscumque iuribus per eos dicto communi Thefauro quomodolibet debitis satisfacere, nec quascumque literas statutorum, stabilimentorum, usuum, & privilegiorum, Indultorum etiam quod Præceptoriarum fructus, redditus, & Proventus, & aliorum dicti Hospitalis Beneficiorum pro primo, & secundo annis, vel alias communi Thefauro dicti Hospitalis pro Mortuariis, seu aliis causis applicati essent, & esse censerentur, seu applicari deberent. Diciturque Hospitalis Præceptores, seu Receptores, aut alii pro eis Agentes illos propria auctoritate exigere, & percipere, ac interim possessionem Præceptoriarum, & Beneficiorum prædictorum nomine dicti Hospitalis apprehendere, & retinere, ac hujusmodi fructus de facto exigere, & alias de illis certis modo, & forma tunc expressis disponere possent, vel aliis illorum totali infertione, vel cum Decreto, quod pensiones ipsæ a quocumque onere Mortuario, & passagio, vel alias quomodolibet nuncupato quavis etiam Apostolica, seu Magni Magistri dicti Hospitalis pro tempore existentis auctoritate exempti essent, vel titulares Beneficiorum ratam partem ipsos Pensionarios tangentem pro solutione pensionis hujusmodi sibi retinere valerent, & ad solutionem pensionis hujusmodi minime tenerentur, ac alias hujusmodi titulares renunciassent, onusque illam solvendi in se suscepissent, in quibuscumque gratiis, Commendis, provisionibus, regressibus, accessibus, ingressibus, coadjutoriis, cæterisque dispensationibus de Prioratibus, Bajularibus, Castellaniis, Præceptorii, ac aliis Beneficiis hujusmodi quovis modo, etiam apud eandem Sedem vacantibus, necnon fructuum, & pensionum hujusmodi reservationibus per eum etiam motu simili, & quorumvis etiam Imperatoris, vel Regum intuitu, ac etiam quibusvis eatenus factis, ac in posterum faciendis quibusvis personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, nobilitatis, & præminentia existentibus, etiam forsan Cardinalatus honore, & officio fulgentibus per eum quomodolibet ea-

tenus concessis, & imposterum concedendis derogatorias, ac desuper confectas, & pro tempore conficiendas literas Apostolicas etiam quascumque generales, vel speciales etiam derogatorias derogatorias, & efficaciores, & insolitas clausulas, necnon irritantia Decreta super quacumque verborum expressione in se continentia, personas quibus Prioratus, Bajularatus, Castellaniæ, Præceptorias, seu ab illis dependentia Beneficia prædicta, aut illorum membra collata, seu ad vitam commendata fuerant, seu fructus, redditus, & proventus, aut pensiones annuæ reservatæ, & assignatæ fuerant, aut in quorum favorem de illis dispositum extiterat, vel illæ commendarentur, seu conferrentur, aut fructus, vel pensiones referrentur, & assignarentur, vel alias disponerentur a solutione, & præstatione fructuum, Censuum, passagiorum, annatarum, vacantium, & Mortuariorum, aut aliorum quorumcumque iurium, seu responsonum, aut ordinariorum, vel extraordinariorum impositionum vigore dictorum stabilimentorum, & privilegiorum debitorum in toto, vel in parte eximere, vel liberare, aut alias communi Thefauro Hospitalis hujusmodi, seu illius Juribus in aliquo præjudicasse, nec per illas præjudicatum, seu præjudicium aliquod generatum fuisse, vel esse, vel imposterum fore, sed derogatorias ipsas ad effectum validitatis collationum, commendarum, & aliarum dispositionum hujusmodi dumtaxat processisse, & suffragari debuisse, illaque in quantum communi Thefauro, & illius Juribus in aliquo præjudicassent, aut præjudicarent, a se, & Sede Apostolica per occupationem, & circumventionem præter, & contra voluntatem suam extortas, ac nullius roboris, vel momenti fuisse, & esse, & imposterum fore. Illique non obstantibus omnes, & singulas hujusmodi derogationes tunc, & pro tempore habentes, & prosequentes etiam a Jurisdictione Magni Magistri, & Conventus prædictorum, & aliorum quorumcumque Judicum Apostolica auctoritate prædicta exempti, ac ei, & Apostolica Sedi immediate subiecti essent ad exhibitionem & relaxationem fructuum, ac pensionum hujusmodi, ut præfertur eidem communi Thefauro faciendam teneri, & adstrictos fore in omnibus, & per omnia perinde ac si provisiones Commendarum, regressus, accessus, coadjutorias, & alias dispositiones, necnon fructuum, & pensionum reservationes non a Sede Apostolica, sed a Magistro, & Conventu prædictis emanassent, & ad id etiam per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia cogi, & compelli posse, literasque tunc desuper conficiendas, & in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitiis, aut intentionis suæ defectu notari, vel impugnari minus sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, & limitationibus similibus, vel dissimilibus gratiarum comprehendi ullatenus posse, sed quoties illæ emanarent, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antequam illas emanarent statum restitutas, & plenarie reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque data per Magistrum, & Conventum benefica, toties, quoties opus esset concessas esse censerentur: sicque in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, ac Causarum Sacri Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet, aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & diffiniri, & interpretari debere, & quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attentari contingeret, irritum, & inane decrevit. Et nihilominus pro potiori cautela prædictas, & alias derogatorias clausulas in-

quibus-

quibuscumque literis appositas in quantum communi Theſaurò hujusmodi, quo ad præmiſſa præjudicare videbantur, revocavit, caſſavit, irritavit, & annullavit, ac toties quoties conceſſa eſſent quoad Jura vacantia & Mortuaria ratione gratiarum per eum, & quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores Noſtros, tunc ſuos conceſſa, quod ea, quæ ſuum tempus nondum effluerant tantum toties pro nullis, & infectis habere, nullamque proſus in Judicio, vel extra fidem facere, vel effectum fortiri debere, & Conſtitutionem ſuam de non tollendo Jure quaſito adverſus tunc concienſanda literas prædiſtas, locum ſibi vindicare non poſſe, ac illis minime ſuffragari voluit. Non obſtantibus præmiſſis ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac ipſorum Prioratum, etiam Juremento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apoſtolicis ſub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clauſulis, & Decretis in contrarium forſan quomodolibet conceſſis. Quibus omnibus, etiamſi de illis ſpecialis, ſpecifica, & expreſſa mentio habenda foret, illis alias in ſuo robore permanſuris ea vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogavit, cæteriſque contrariis quibuscumque. Ne autem de cætero, declaratione, revocatione, caſſatione, irritatione, annullatione, voluntate, & derogatione dicti Pii Prædeceſſoris pro eo, quod ſuper illis, ipſius Prædeceſſoris ejus ſuperſerviente obitu, literæ conceſſæ non fuerunt, valeat quomodolibet hæſitari, ac Magni Magiſtri, Conventus, & Fratres, ſeu milites Hoſpitalis prædiſti illarum fruſtrentur effectum; Volumus, & Apoſtolica auctoritate decernimus, quod Decretum, declaratio, revocatio, caſſatio, irritatio, annullatio, voluntas, & derogatio dicti Pii V. Prædeceſſoris a dicta die 12. Kal. Aprilis ſuum fortiantur effectum, perinde ac ſi ſuper illis ipſius Prædeceſſoris literæ ſub ejuſdem diei data conceſſæ fuiſſent, prout ſuperius enarratur. Quodque præſentes literæ ad probandum plene Decretum, declarationem, revocationem, caſſationem, irritationem, annullationem, & derogationem dicti Pii V. Prædeceſſoris ubique ſufficiant, nec ad id probationes alterius adminiculum requiratur. Quo circa venerabilibus Fratribus Archiepiſcopo Toletan., & Epicoſcopo Pariſien., ſive eorum Officialibus, ac dilecto Filio Curie Cauſarum Camere Apoſtolicæ Generali Auditori per præſentes committimus, & mandamus, quatenus ipſi, vel duo, aut unus eorum per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæ valere decernentes, ac pro tempore exiſtenti Magno Magiſtro, Conventui, & Fratribus prædiſtis in præmiſſis efficaciſſimi præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate Noſtra, præmiſſa omnia ab omnibus, quos illa concernunt integre, & inviolabiliter obſervari, illoſque eis pacifice, & quiete uti, frui, & gaudere. Non permittentes eos, aut eorum aliquem contra earundem præſentium tenorem quomodolibet indebite moleſtari; Contradiſtores quoſlibet, & Rebelles per ſententias, cenſuras, & penas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna Juris remedia, appellatione poſtpoſita compenſando, invocato etiam ad hoc ſi opus fuerit Brachii Secularis auxilio. Non obſtantibus omnibus ſupradictis. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub annulo Piſcatoris die prima Maji 1725. Pontificatus Noſtri Anno Primo. A. Peregrinus. -- Cum autem, ſicut pro parte dilectorum Filiorum Magni Magiſtri, & Fratrum Militum Hoſpitalis prædiſti Nobis nuper expoſitum fuit, ipſi præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, & ſerventur exactius Apoſtolicæ Confirmationis Noſtræ patrocinio roborari

plurium deſiderent: Nos eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere, eoſque ſpecialibus favoribus, & gratis proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & Interdiſci, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa laicis, ſi quibus quomodolibet innodate exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, de Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum conſilio, præſertim Sixti Prædeceſſoris literas, omniaque, & ſingula in eis contenta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illique perpetuæ, & inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 1. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaciſſimas exiſtere, & fore, ſuosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum in omnibus, & per omnia pleniffime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari. Sicque in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores, ac ejuſdem S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & deſiniri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſciënter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus, & ſingulis illis, quæ in præſertim Sixti Prædeceſſoris literis conceſſa ſunt non obſtare cæteriſque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XXI. Martii MDCCXXV. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

Confirmatur Conſtitutio quædam Pii II. quoad primos medios fructus Beneficiorum Eccleſiæ Beneventanæ; & latiſ declaratur.

Confirmatio  
relatæ Sixti  
Quinti Con-  
ſtitutionis.

Clauſula.

*Laudata Conſtit. edita eſt anno 1459. Septemb. 5. P. 5. Hujus vero Conſt. ed. 1725. Apr. 28. P. 1. demandatur ſolutio mediæ annatæ beneficiorum providendorum per totam Italiam, & Inſulas adjacentes in favorem fabricæ Eccleſiarum Matricum.*

BENEDICTUS EPISCOPUS,  
Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei  
memoriam.

XLIII.

Dat. 24. Martii  
1725. An. 1.

Romanus Pontifex æqui bonique ſupremus Aſſertor inter graviffimas, multiplicesque Apoſtolicæ ſervitutis curas in eam peculiari ſtudio jugiter incumbit, ut Eccleſiarum omnium, præſertim Archiepiſcopali nomine inſignitarum reparaciones fabricæ, & augmentaciones aſſiduis favoribus, & gratis promoveantur; & quæ propterea a Prædeceſſoribus ſuis iisdem de cauſis facta, & decreta dignoſcuntur, ut ab omnibus perpetuo inviolabiliter obſerventur, Apoſtolicæ confirmationis patrocinio corroborat, aliaque ſtatuit, & declarat, prout earundem Eccleſiarum indigentis, commodis, & utilitatibus conſpicit in Domino ſalubriter expedire.

Exordium.

§. 1. Alias ſiquidem ſel. recor. Pius Papa Secundus Prædeceſſor Noſter per quædam ejus

A Pio II.  
deklaratum  
fuit omnes  
primos

Decernitur  
à ſuprad. Sixto.  
V. ut Decretum,  
& declaratio ejuſdem  
Pii V. hac ſuper re  
ſuum in omnibus  
fortiantur effectum.

Committitur  
quibusdam  
exequutio  
prædictorum.

Preces Magni Hoſpitalis prædiſti pro horum confirmatione.

1725.  
medios fructus beneficiorum Ecclesie Beneventanae, in reparationem d. Ecclesie convertendos esse.

Confirmatio praed. Constitutionis; cum ejusdem laetiori declaratione.

Clausulae peculiare.

Constitutionem ab eo editam favore Ecclesie, & Civitatis Beneventanae, sub Datum Mantuae anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono Nonis Septembris Pontificatus sui Anno Secundo, inter caetera statuit, disposuit, & decrevit, quod omnes primi medii fructus beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium Ecclesie Beneventanae (cujus adhuc Archiepiscopus existimus) qui a pro tempore existente Archiepiscopo Beneventano percipiuntur, in reparationem, fabricam, & augmentationem dictae Ecclesie Beneventanae juxta ejusdem pro tempore existentis Archiepiscopi, ac unius ejusdem Ecclesie Beneventanae Canonici arbitrium converti debeant.

§. 2. Nos considerantes praefatam Pii Praedecessoris Constitutionem, commodum, utilitatem, & incrementum praefatae Ecclesie Beneventanae summopere concernere, ac cupientes illam perpetuis futuris temporibus semper, & inviolabiliter observari, ac Pii Praedecessoris praefati Constitutionis desuper editae hujusmodi tenores, etiam veriores praesentibus pro expressis habentes motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatae petitionis instantiam, sed ex mera scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, dispositionem, & decretum hujusmodi Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illique perpetuae, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; ac dispositionem, & decretum hujusmodi comprehendere omnia beneficia Ecclesiastica, tam collationis Archiepiscopi, quam Capituli, & Canonicorum dictae Ecclesie Beneventanae, vel Abbatis de Paduli nuncupati, aut alterius cujuscumque inferioris Collatoris pro tempore existentium, ad eis conferenda cessantibus reservationibus, & affectionibus Apostolicis; non tamen beneficia Ecclesiastica dispositioni Apostolicae reservata, vel affecta, dicta Apostolica auctoritate declaramus.

§. 3. Praesentes quoque nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, aut quovis alio defectu, quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, aut ex quocumque alio capite a jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, ac quocumque alio colore, praetextu, ratione, vel causa, etiam in corpore juris clausa, quantumvis justa, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra hujusmodi, aut aliis superius expressis relatis in literis alibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, apositionis oris, reductionis ad vim, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet contesto, aut impetrato, uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque ipsas praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, & limitationibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis acceptas, ac perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter observari: sicque, & non aliter in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices etiam Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales etiam de Latere Legatos, & Sedis Apostolicae Nuncios, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eo-

rum cuilibet in quocumque judicio, & in quavis instantia aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus.

§. 4. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariae Apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, necnon etiam in Synodalibus, universalibus, & provincialibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Dictaeque Ecclesie Beneventanae Statutis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis etiam Motu, & de Apostolica potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibus, ac aliis decretis concessis, ac etiam pluries approbatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat, harum ferie specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostrae confirmationis, approbationis, declarationis, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare praesumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto Nono Kalendas Aprilis Pontificatus Nostri Anno Primo.

Publicantur literae Processus die Cænarum Domini.

XLIV.

Similes literae publicatae fuerunt ab Inn. XIII. Constit. ed. 1722., April. 9. P. 1. Et a Clem. XI. Constit. ed. 1701. Mart. 24. P. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS,

Dat. 29. Mart. 1725. An. 1.

Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis Romani Pontificis vigilantia, & sollicitudo, cum in omni Christianae Reipublicae pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholica Fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & conservanda, maxime elucet. Nimirum, ut fideles Christi non sint parvuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrinae in nequitia hominum ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem Fidei, & agnitionis Filii Dei in Virum perfectum, neque se in hujus vitae Societate, & communione laedant, aut inter se alter alteri offensionem praebant, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub CHRISTO capite, ejusque in Terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, a quo totius Ecclesiae unitas dimanat, augeantur in aedificationem,

Exordium a consuetudine praedecessorum Pontificum.

atque

1725.

atque ita divina gratia adiutrice, sic præsentis vitæ quiete gaudeant, ut futura quiete beatitudine perfuantur. Ob quas sane causas Romani Pontifices Prædecessores nostri hodierna die, quæ Anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemniter est, spiritualem Ecclesiasticæ disciplinæ gladium, & salutaria Justitiæ arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, cui nihil optabilius est, quam fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & Justitiam, Deo auctore tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

§. 1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quoscumque Hussitas, Wiclefistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & a Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque Sæcæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicæ scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publice, vel occulte, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos qui se a nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

§. 2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint; Universitates verò, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdiciamus, ab ordinationibus, seu Mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium ad universale futurum Concilium appellantes: nec non eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

§. 3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Curfarios, ac Latrunculos maritimos, discurreres Mare nostrum, præcipue a Monte Argentario usque ad Terracinam, ac omnes eorum Fautores, Receptatores, & Defensores.

§. 4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque Navibus, tempestate, seu in transversum (ut dici solet) iactatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsis Navibus, sive ex eisdem ejecta in Mari, vel in littore inventa, cuiuscumque generis bona, tam in nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuscumque Maris Regionibus, & Littoribus surripuerint, itaut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, & immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque prætextum excusari possint.

§. 5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pedagia, seu Gabellas, præterquam in casibus sibi a Jure, seu speciali Sedis Apostolicæ licentia permisis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt.

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios Literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac supplicationum, gratiam, vel justitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vice-Cancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Romani Pontificis signaturam, necnon falso publicantes Literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, & etiam falso signantes supplicationes hujusmodi sub nomine Romani Pontifi-

cis, seu Vice-Cancellarii, aut gerentium vices prædictorum.

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hæreticos per nostras, sive hujus Sanctæ Sedis sententias expresse, & nominatim declaratos deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica Instrumenta, lignamina, canapem, funes, tam ex ipso canape, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Romanæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum, ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, necnon Hæreticos in damnum Catholicæ Religionis, certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstant, non obstantibus quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebuspublicis personis, & Sedem prædictam hæcenus concessis de hujusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Romanæ Curie necessaria adducunt, ac etiam eos qui, ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perturbant, seu hæc facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, præminentie, conditionis, & status, etiam si Pontificali, vel Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate.

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliunt, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui Jurisdictionem ordinariam, vel delegatam a nobis, vel nostris Judicibus non habentes illam sibi temere vindicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sediſque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos a suis Diocæsesibus, Territoriis, Terris, seu Dominiis ejicientes; necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, vel favorem.

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel Sæculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque Gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione Causarum, vel negotiorum hujusmodi, occidunt, seu quomodo percutiunt, bonis spoliunt, seu qui per se, vel per alios directe, vel indirecte, delicta hujusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur cuiuscumque præminentie, & dignitatis fuerint.

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam Sæculares cuiuscumque dignitatis, qui prætexentes frivolum quandam appellationem a gravamine, vel futura executione Literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam justitiam concernentium, necnon

Deferentes etiam bellica instrumenta ad Christiani nominis hostes.

Necnon impediētes, ne victualia ad Rom. Curiam adducantur.

Item aliquid perpetrantes adversus venientes ad Sedem Apostolicam.

Sive adversus Cardinales, aliosque Ecclesiasticæ dignitate fulgentes.

Vel adversus recurrentes ad Rom. Curiam super eorum causis.

Necnon omnes a Sedis Apostolicæ Decretis ad Laicalem potestatem recurrentes, sive literarum Apostolicarum.

Excommunicantur Hæretici omnes, eis credentes, eorum defensores, & libros ipsorum legentes.

Necnon appellantes ad futurum Concilium.

Pariter Piratas discurreres Maris Ecclesiæ Romanæ.

Item surripientes bona Christianorum, quorum Naves tempestate iactatæ fuerint.

Deinceps novas Gabellas imponentes.

Falsarii pariter literarum Apostolicarum.

1725.  
exequutio-  
nem impe-  
dientes.

citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum Decretorum a nobis, & a Sede prædicta, seu Legatis, Nunciis, Præsidentibus, Palatii nostri, & Cameræ Apostolicæ Auditoribus, Commissariis, aliisque Judicibus, & Delegatis Apostolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanaverint, aut alias ad Curias Sæculares, & Laicalem potestatem recurrunt, & ab ea, instante etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellationes hujusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, quive alia simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine exequutioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarii, super hujusmodi Literarum, & Processuum executione, Instrumenta, vel acta conficere, aut confecta Parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam Partes, seu eorum Agentes, Consanguineos, Affines, Familiæ, Notarios, Exequutores, & Subexequutores literarum, citationum, Monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, locis, & Regnis ejiciunt, bonis spoliunt, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur, per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, quive alias quibuscumque personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel literis impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel literas a dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directe, vel indirecte prohibere, statuere, seu mandare, vel alias apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere præsumunt.

Omnes pariter causas spirituales a Judicibus Ecclesiasticis ad se advocantes.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque qui per se, vel alios auctoritate propria ac de facto, quorumcumque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarum prætextu beneficiarum, & Decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Judicibus Ecclesiasticis advocant, illorumque cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tamquam Judices interponunt; quive Partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, ad faciendum, vel consentiendum eis contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & pœnis in illis contentis absolvi, per statutum, vel alias compellunt, vel exequutionem Literarum Apostolicarum, seu Exequutorialium, Processuum, ac Decretorum prædictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancelliarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vice-Cancellarii, Consiliiarii Ordinarii, vel Extraordinarii quorumcumque Principum Sæcularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

Quique Ecclesiasticas personas ad suum Tribunal trahunt;

§. 14. Quive eorum prætensio officio, vel ad Instantiam Partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conventus, Collegia Ecclesiarum quorumcumque coram se

ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Juris Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte quovis quæsto colore, necnon qui Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quævis alia Decreta in genere, vel in specie ex quavis causa, ex quovis quæsto colore, ac etiam prætextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, vel alias quomodolibet fecerint, ordinarint, & publicaverint, vel factis, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut alias quovis modo restringitur, sed nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum Juribus quomodolibet directe, vel indirecte tacite, & expresse præjudicatur.

§. 15. Necnon, qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscumque Judices Ecclesiasticos Ordinarios quomodolibet hac de causa, directe, vel indirecte carcerando, vel molestando eorum Agentes, Procuratores, Familiæ, necnon Consanguineos, & Affines, aut alias impediunt quominus sua Jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & Sac. Constitutiones Ecclesiasticæ, & Decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcumque sententias, & Decreta, aut alias fori Ecclesiastici Judicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias Sæculares recurrunt, & ab illis prohibitiones, & mandata, etiam pœnalia, Ordinariis, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 16. Quive Jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascumque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.

§. 17. Quive Collectas, Decimas, Talleas, præstantias, & alia Onera Clericis, Prælati, & aliis Personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita, etiam a sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se, vel alios, directe, vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur, cujuscumque sint præminentis, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiamsi Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alii Potentatus quicumque, etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo præfidentes, Consiliiarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti. Innovantes Decreta super his per Sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam aliis Conciliis Generalibus edita, cum censuris, & pœnis in eis contentis.

§. 18. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Exequutores, Subexequutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra Personas Ecclesiasticas, illas processan-

1725.  
& quoquo pacto Ecclesiarum juris præjudicant.

Omnesque impediunt quominus Ecclesiasticæ Prælati sua jurisdictione utantur.

Usurpantes etiam redditus Ecclesiasticorum.

Necnon onera personis Ecclesiasticis, eorumque bonis imponentes.

Item omnes contra personas Ecclesiasticas sententias proferentes, vel exequentes.

do, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint consilarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vice-Cancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios, directe, vel indirecte sub quocumque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare, & detinere præsumperint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, Terras citra Pharium, Patrimonium B. Petri in Thufcia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaisinum, Sabinen., Marchiae Anconitanæ, Massæ Trabariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Provincias, illarumque Terras, & Loca, & Terras specialis commissionis Anulforum, Civitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaculum, & alias Civitates, Terras, & Loca, vel Jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecta, necnon Supremam Jurisdictionem in illis nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, necnon adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

§. 20. Volentes præsentibus nostris Processus, ac omnia, & quæcumque his literis contenta, quousque illi hujusmodi Processus a nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur durare, suosque effectus omnino fortiri.

§. 21. Cæterum a prædictis sententiis nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo, cautione præstita, absolvi possit, etiam prætextu quorumvis facultatum, & Indulgentiarum quibuscumque Personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Episcopali, vel alias majori dignitate præditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & Locis Piis, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per nos, & dictam Sedem, ac ejusvis Concilii Decreta, verbo, literis, aut alia quacumque Scriptura in genere, vel in specie concessorum, & innovatorum, aut concedendorum, & innovandorum.

§. 22. Quod si forte aliqui contra tenorem prædictum talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel alicui absolutionis beneficium impendere de facto præsumperint, eos excommunicationis sententia innodamus, gravius contra eos spiritualiter, & temporaliter, prout expediri noverimus, processuri.

§. 23. Declarantes, ac protestantes quacumque absolutionem, etiam solemniter per nos faciendam, prædictos excommunicatos sub præsentibus comprehensos, nisi prius a præmissis cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint, ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præfertur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, Constitutiones, pragmaticas, & Decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex Archiviis, seu Capitularibus Locis, aut Libris, in quibus annotata reperiantur deleri, & cassari, ac nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint,

eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi absolutionem, aut quoscumque alios actus contrarios tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel Successorum nostrorum quantocumque tempore continuatam, in præmissis omnibus, & singulis, ac quibuscumque juribus Sedis Apostolicæ, ac S. R. E. undecumque, & quandocumque quæsitis, vel quærendis, nullatenus præjudicari posse, aut debere.

§. 24. Non obstantibus privilegiis, Indulgentiis, Indultis, & Literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cujuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint, etiam si ut præfertur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu Locis a prædicta Sede, ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdicti non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, Indulgentiis, & Indultis hujusmodi, ac de Ordinibus locis, nominibus propriis, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus quancumque longissimis, & aliis quibuslibet observantiis, scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros Processus, ac sententias, quo minus includantur in eis, se juvare valeant, vel tueri, quæ omnia, quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso infererentur, præsentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 25. Ut vero præsentibus nostris Processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas Processus ipsos continentes, Valvis Basilicæ S. Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciant, ut ii, quos Processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem prætere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam parenter omnibus publicatur. Insuper, ut Processus ipsi, & præsentibus literæ, ac omnia, & singula in eis contenta, eo fiant notoria, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & Locorum Ordinariis, & Prælatibus ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute Sanctæ obedientiæ districte præcipimus mandamus, ut per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, dum in eis major Populi multitudo ad divina convenierit, solemniter publicent, & ad Christianissimum mentes reducant, nuncient, & declarent. Cæterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, necnon Rectores, cæterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri Sæculares, & quorumvis Ordinum Regulares ad audiendas Peccatorum Confessiones, quavis auctoritate deputati, transfumptum præsentium literarum penes se habeant, easque diligenter legere, & percipere studeant.

§. 26. Volentes earundem præsentium transfumptis, etiam impressis, Notarii publici manu subscriptis, & sigillo Judicis Ordinarii Romanæ

Denique invadentes, aut perturbantes loca quæcumque ad Rom. Eccles. pertinentia.

Præcipitur executio prædictorum.

Utque a prædictis sententiis nemo a quocumque nisi a Rom. Pontifice absolvi possit.

Excommunicatur, qui id præsumperit.

Statuitur, quid absolventi prius debent.

Clausula cum derogatoriis peccatis.

Decernitur publicatio prædicti Processus.

Curia, vel alterius personae in Dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§. 27. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innovationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemperare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romae apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo vigesimo quinto, IV. Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno Primo.

XLV.

Conceditur Fratribus Praedicatoribus nonnullarum Provinciarum, ut Processionibus Sanctissimi Rosarii, sine Parochi interventu, & licentia Ordinarii, peragere possint.

Clem. XII. Const. ed. 1733. Apr. 10. P. 3. Confirmantur facultates celebrandi Processiones Sanctissimi Corporis Christi, & Rosarii cum confirmatione & declaratione Brevis Ben. XIII.

Dat. 10. Apr. 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Proceumium.

IN supremo militantis Ecclesiae Solio meritis licet imparibus per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam constituti exortas inter catholicos Antistites, aliasque personas Ecclesiasticas & religiosos viros controversias opportunis rationibus dirimere studemus, sicut in Domino conspicimus salubriter expedire.

Facti expositionio.

§. 1. Exposuit siquidem Nobis nuper dilectus Filius Noster Augustinus S. R. E. Cardinalis Pipia nuncupat. Ordinis Fratrum Praedicatorum Administrator Generalis, quod cum in variis dicti Ordinis Provinciae nonnullae lites cum modico secularium exemplo, circa Processionem Sanctissimi Rosarii qualibet prima Dominica Mensis Octobris fieri consuetam exortae fuerint praetendentibus Ordinariis locorum, & Parochis perturbare antiquam (in qua Fratres earumdem Provinciarum reperiuntur) possessionem faciendi dictam Processionem sine Parochi assistentia, Ordinarii licentia, etiam ingrediendi limites Parochiae, & allegantibus Jus commune id prohibens, necnon quamdam resolutionem Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum anno 1628. emanatam, ac a fel. recor. Urbano PP. VIII. Praedecessore Nostro confirmatam, per quam immemorabilis consuetudo sublata fuit, ipse Augustinus Cardinalis, & Administrator Generalis attempto, quod in diversimode, & omnino insubsistens declaratum fuit, ut in posterum ejusmodi inordinationibus, & perturbationibus, quae ex pia Processione hujusmodi generantur, finis imponatur opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri summopere desiderat.

Preces Magistris Generalis.

Concessio praedicta.

§. 2. Nos ipsius Augustini Cardinalis, & Administratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, ejus supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, Fratribus Provinciarum, & Ordinis praedictorum ut ipsi de caetero memoratam Processionem Sanctissimi Rosarii qualibet prima Dominica Mensis Octobris ingrediendo limites cujuscumque Parochiae, Ordinarii licentia minime requisita, & absque

assistentia Parochi, ac cum omni pompa peragere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica auctoritate tenore praesentium facultatem concedimus, & impertimur.

§. 3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die X. Aprilis MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Clausula.

XLVI.

Erigitur Collegium Theologorum in Civitate Caesatenen. cum quibusdam facultatibus.

Inn. XII. Const. ed. 1722. Aug. 19. P. 2. Erecta fuit Universitas studii generalis in Civ. S. Jacobi de Rem. de Caracas in Ind. Occid. Et hujus Const. ed. 1727. Jul. 1. P. 4. erigitur in Civit. Camerimensi.

Dat. 20. Apr. 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis divinitus Pastoralis sollicitudinis munere, sacrarum literarum, & praesertim Theologicae facultatis studia inter Christiani fideles potissimum in sortem Domini vocatos, ac Nobis, & huic Sanctae Sedi in temporalibus Subditos opportunis rationibus excitare, & promovere saragimus, ac ut debitis virtuti honoris rependatur libenter providemus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicae fidei praesidium cognoscimus in Domino expedire.

Causae praesentis Erectionis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Capitulum, & Canonici Cathedralis Ecclesiae, ac Universus Clerus Civitatis, & Diocesis Caesatenen. quod cum in Civitate Caesatenen. ultra Universitatem studii Generalis dudum inibi vigentem, in qua Sacra Theologia, Jus Canonium, & Leges Civiles, Philosophia, Logica & Medicina publice docentur, praeguntur duo Collegia, unum nempe Juristarum, & alterum Physicorum, & Medicorum, quae ex antiqua Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum concessione privilegio conferendi lauream doctoralem in suis respective facultatibus fruuntur, erecta reperiuntur, solumque Collegium Theologorum destitit; Ipsi Exponentes Sacrae Theologiae studia Ecclesiae Dei, ac personis Ecclesiasticis in primis necessaria esse animadvertentes, ejusmodi Collegium Theologorum, quorum sufficiens copia in dicta Civitate nunc habetur, duodecim Doctoribus, seu Magistris constans institui, ipsique Collegio pro majori etiam eorum, & praecipue pauperum, qui dictae Sacrae Theologiae sedulam operam navaverint, commoditate, personas idoneas ad Doctoratus, seu Magisterii, aliosque gradus in eadem Sacra Theologia pro-

Preces Capituli Caesatenen.

movendi

movendi facultatem tribui plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur, quin in minoribus constituti Ecclesiæ Casenaten. Regimini sex annos præfui-  
mus, & ex eo tempore illam, ac Clerum, Ci-  
vitatem, & Diocesim Casenaten. propensiori  
semper respeximus, & etiamnum respicimus pa-  
terni amoris affectu, & ad ea, quæ publicæ il-  
lorum utilitati, ac decori conducibilia fore pro-  
spicimus favorabiliter intendentes, ipsorumque  
Exponentium votis in præmissis peculiari chari-  
tate annere volentes, ac illorum singulares  
personas a quibusvis Excommunicationis, sus-  
pensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis  
sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab ho-  
mine quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum  
præsentium dumtaxat consequendum, harum se-  
rie absolventes, & absolutas fore censentes, hu-  
jusmodi supplicationibus inclinati; unum in  
prædicta Civitate Casenaten. Collegium Theo-  
logorum, quod duodecim personis Ecclesiasticis  
in Sacra Theologia Magistris, octo nimirum se-  
cularibus, & quatuor cuiusvis Ordinis, Societa-  
tis, Instituti Regularibus, de quorum numero  
Canonicus Præbendam Theologalem in Ecclesia  
Casenaten. obtinens, ac Sacræ Theologiæ in di-  
cta Universitate Lector publicus nunc, & pro  
tempore existentes semper esse debeant, consti-  
tuatur, atque jugiter constet, auctoritate Apo-  
stolica tenore præsentium sine alicujus præjudi-  
cio perpetuo erigimus, & institimus.

§. 3. Præterea præfato Theologorum Colle-  
gio, ut quoscumque, qui peracto studiorum  
Sacræ Theologiæ curriculo, ac prævio riguroso  
examine habiles, & idonei ad id reperti fuerint,  
ac servatis servandis ad Doctoratus, seu Magi-  
sterii, aliisque gradus scholasticos in eadem Sa-  
cra Theologia promovere, eisque solita graduum  
hujusmodi insignia conferre libere, & licite pos-  
sit, & valeat, itaut sic promoti, & graduati om-  
nibus, & singulis gratis, prærogatis, ac pri-  
vilegiis fruantur, & gaudeant, quibus gaudent,  
& fruuntur, qui in publicis Universitatibus ad  
eisdem gradus promoti sunt, auctoritate, &  
tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 4. Porro Venerabilem Fratrem modernum  
& pro tempore existentem Episcopum Casena-  
ten. in eisdem Collegii Theologorum Caput, &  
Præsidentem cum omnibus facultatibus neces-  
sariis, & opportunis, etiam professionem fidei  
a promovendis, seu graduandis hujusmodi juxta  
articulos a Sede Apostolica propositos emiten-  
dan per se, seu suum in Spiritualibus Vicarium  
Generalem recipiendi dicta auctoritate harum  
serie facimus, constituimus, & deputamus, sta-  
tuentes, ut Sede Episcopali Casenaten. vacante  
Vicarius Capitalis præfata Ecclesiæ Casena-  
ten. pro tempore legitime deputatus ejusdem  
Episcopi vices in præmissis suppleat.

§. 5. Ac decernentes ipsas præsentis literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &  
pro tempore quomodocumque spectabit in omni-  
bus, & per omnia plenissime suffragari, & ab il-  
lis respective inviolabiliter observari: sicque in  
præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, &  
Delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici  
Auditores judicari, & definiti debere; ac irri-  
tum, & inane, si secus super his a quoquam  
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter con-  
tingerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-  
dinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit,  
Civitatis, & Universitatis prædictarum, aliive  
quibusvis etiam juramento, confirmatione Apo-

stolica, vel quavis firmitate alia roboratis Sta-  
tutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque,  
Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præ-  
missorum quomodolibet concessis, confirmatis,  
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis illo-  
rum tenores præsentibus pro plene, & sufficien-  
ter expressis, & insertis habentes illis alias in suo  
robore permanfuris, ad præmissorum effectum,  
hac vice dumtaxat specialiter, & expresse dero-  
gamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut earundem præsen-  
tium Literarum transumptis, seu exemplis etiam  
impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-  
tis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate  
constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique  
locorum tam in Judicio, quam extra illud ha-  
beatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si fo-  
rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno  
Piscatoris die XX. Aprilis MDCCXXV. Pontifi-  
catus Nostri Anno Primo.

Confirmatur Decretum quoddam Consultæ Ge-  
neralis Clericorum Regularium Ministrantium  
infirmis, pro Hispaniæ Provincia.

Inn. XII. Const. ed. 1693. Maji 13. P. 2. Confir-  
matur erectio nove Provinciæ Hispan. eorumdem  
Clericorum cum redintegratione Provinciæ Benon.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXPOI Nobis nuper fecit dilectus Filius Fran-  
ciscus Pecrez Moreno Congregationis Cleri-  
corum Regularium Ministrantium Infirmis pro  
Provincia Hispaniæ Consultor Generalis, quod  
Religiosi dictæ Provinciæ fere ab initio ejus fun-  
dationis usque ad hæc tempora consueverunt, &  
quasi pro lege incumbere fideliter doctrinæ San-  
cti Thomæ Aquinatis, & ob id Provinciæ hujus-  
modi studiosi multorum annorum spatio scholas  
publicas Ordinis Fratrum Prædicatorum in Uni-  
versitate studii generalis complecten. frequenta-  
runt, & quia in his novissimis temporibus aliqui  
ex dictis Religiosis Scholam Thomisticam ad ef-  
fectum amplectendi contrariam deserere molie-  
bantur, dictus Franciscus ab ejus superiore Ge-  
nerali una cum consulta Decretum, per quod  
cum præcepto formali injungitur omnibus præ-  
dictæ Provinciæ Religiosis ut eorum laudabilem  
morem addiscendi religiose eandem Doctrinam  
S. Thomæ retineant, formari obtinuit, teno-  
ris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Reperitur in actis Consultæ Generalis Cle-  
ricorum Regularium ministrantium Infirmis Decre-  
tum sequens. Nobis exploratum sit aliquem ex no-  
stris in Hispania a Scholis ex Doctrina Angelici Præ-  
ceptoris discessum moliri; Nos quibus cordi est ea,  
quæ ad studiorum incrementum, & felicitatem per-  
tinent pro viribus adimplere, illamque doctrinam il-  
lic addisci, & doceri, quam nostri tum Collegiales,  
tum Lectores e solis D. Thomæ Fontibus hæcenus  
ebiberunt; His aliisque gravissimis causis permoti, &  
ne quis sub quovis prætextu audeat, contra lauda-  
bilem Præcorum consuetudinem, ibi adhuc vigentem,  
alio divertere: omnibus, & singulis ex Nostri Phi-  
losophiæ, & Theologiæ studiis operam navantibus  
præsentibus, & futuris districte mandamus, etiam  
sub formali præcepto Sanctæ obedientiæ, cujus vio-  
lationis absolutionem soli Reverendissimo P. Nostro  
Generali pro tempore reservamus, ut in posterum ad  
prædictam dumtaxat Doctrinam incumbant, & sive  
in nostris, sive in cuiusque Universitatis Scholis il-  
lam unice doceant, addiscant, & defendant. Man-  
dantes insuper Provinciali aliisque quibuscumque pro  
tempore Hispaniarum Superioribus quacumque di-

Erectio præ-  
dicta.

Concessio  
quorundam  
facultatum.

Deputatur  
Episc. Casena-  
ten. Præses  
ejusd. Colle-  
gii.

Clausulæ.

Cum dero-  
gatoriis.

XLVII.

Dat. 27. Apris  
1725. An. 1.

Expositio  
facti.

Decretum  
prædictum.

gnitate fulgentibus, ut executioni presentis hujus Nostri Decreti omnino studeant, neque illi quoque modo contraveniri permittant sub pena suspensionis a suis respective officiis ipso facto incurrendo, aliisque Nobis arbitrariis; Illudque de more in omnibus illius Provinciae Domibus publicari, affigi, & registrari curent. Datum Romae in aedibus Nostri Sanctae Mariae Magdalene die 3. Aprilis 1723. - Ita est Philippus Russi Secretarius Generalis.

Preces Con-  
sulcoris Ge-  
neralis pro  
d. Provincia.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio sub-  
jungebat dictos Franciscus praemissa, quo fir-  
mius subsistant, Apostolicae Confirmationis nos-  
trae patrocinio communiri summopere desideret:  
Nos ipsum Franciscum specialibus favoribus, &  
gratis prosequi volentes, & a quibusvis excom-  
municationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque  
Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Ju-  
re, vel ab homine quavis occasione, vel causa la-  
tis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad  
effectum praesentium dumtaxat consequendum ha-  
rum serie absolventes, & absolutum fore cen-  
sentes, supplicationibus eius nomine Nobis su-  
per hoc humiliter porrectis inclinari, Decretum  
praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium  
confirmamus, & approbamus, & illique  
inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus,  
ac ipsum Decretum observari mandamus.

Confirmatio  
relati Decre-  
ti.

Clausula.

§. 4. Decernentes eandem praesentes literas  
semper firmas, validas, & efficaces existere, &  
fore, suosque plenarios, & integros effectus for-  
tiri, & obtinere, ac ab illis ad quos spectat, &  
pro tempore spectabit, inviolabiliter observari:  
sicque in praemissis per quoscumque Judices Or-  
dinarios, & Delegatos etiam Causarum Palatii  
Apostolici Auditores, judicari, & definiri de-  
bere; ac irritum, & inane, si secus super his a  
quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-  
rante contigerit attentari.

Cum dero-  
gatoriis.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, &  
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus  
opus sit Congregationis, & Provinciae praedicta-  
rum, etiam Juramento, confirmatione Aposto-  
lica, vel quavis firmitate alia roboratis statu-  
tis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, In-  
dultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum  
quomodolibet concessis, confirmatis,  
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis illo-  
rum tenores praesentibus pro plene, & sufficien-  
ter expressis, ac ad verbum insertis habentes,  
illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum  
effectum hac vice dumtaxat specialiter &  
expresse derogamus, ceterisque contrariis quib-  
uscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annu-  
lo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCCXXV. Pon-  
tificatus Nostri Anno Primo.

XLVIII.

Conceditur Christianis fidelibus facultas applicandi In-  
dulgentias, Anno Jubilaei durante suspensas,  
per modum suffragii animabus defunctorum.

*Dicta suspensio facta fuit Const. ed. 1724. Jul. 6. P. 1.  
Et const. ed. 1725. Mart. 2. P. 1. declaratur quod-  
dam Indulgentias in dicta suspensione non compre-  
hendi.*

Dat. 28. Apr.  
1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Universis Christianis fidelibus salutem, & Aposto-  
licam Benedictionem.

Exordium.

Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui  
de sinu Patris ad infima Mundi descendens,  
& formam Servi accipiens in ara Crucis pro hu-  
mani generis redemptione pretiosissimum Sanguinem  
suum effundere dignatus est, vices quan-  
quam immeriti gerentes in terris, ad ea liben-  
ter intendimus, per quae fidelium Defunctorum

animae, hoc potissimum tempore, expiationis  
scilicet, & veniae, remissionis, & gratiae, ejus-  
dem Domini nostri Jesu Christi, ejusque San-  
ctorum suffragia meritotum uberius consequi,  
& illis adjuncta ex Purgatorii penis ad aeternam  
salutem per Dei misericordiam perducere valeant.

§. 1. Cum itaque nos occasione praesentis  
Anni Jubilaei omnes, & singulas Indulgentias,  
& peccatorum remissiones quomodolibet con-  
cessas dicto Anno durante, sub certis modo, &  
forma tunc expressis per nostras sub plumbo ex-  
pedias literas suspenderit; ac postmodum  
sub generali suspensione hujusmodi, neque In-  
dulgentias Altarium Privilegiatorum pro fidelibus  
Defunctis, nec alias quascumque eodem  
modo pro solis Defunctis concessas venire, sed  
quas vivi sibi lucrari possent cum facultate illas  
per modum suffragii Animabus ipsorum Defunctorum  
in Purgatorio existentibus applicandi  
comprehensas esse, inter alia declaraverimus,  
prout in nostris desuper in simili forma Brevis  
die 2. Mensis Martii proxime praeteriti confectis  
literis, quarum tenorem praesentibus pro plene,  
& sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum  
inserto haberi volumus, plenius continetur.

Alias ab eo-  
dem Pontifice Indul-  
gentiae omnes Anno Ju-  
bilaei durante  
suspensae  
fuerunt.

§. 2. Nunc vero fidelium devotioni, Anima-  
rumque eorumdem Defunctorum refrigerio per-  
amplius consulere cupientes, ac declaratio-  
nem a nobis, sicut praemittitur, editam ampli-  
antes, & extendentes, omnibus, & singulis  
Christianis fidelibus, quod quascumque Indulgentias,  
& peccatorum remissiones, ut praefertur, sus-  
pensas (injuncta tamen in illarum concessionibus  
pietatis opera peragendo, ac firma remanente  
pro vivis earum suspensione) ad effectum  
illas Animabus fidelium Defunctorum, quae Deo  
in charitate conjunctae ab hac luce migraverint  
per modum suffragii hoc Anno Jubilaei durante  
directe applicandi, etiam eas sic applicandi  
facultas in concessionibus praedictis concessa non  
fuerit, consequi libere, & licite possint, & valeant  
in omnibus, & per omnia, perinde, ac  
si suspensio praefata a nobis non emanasset, aucto-  
ritate Apostolica tenore praesentium concedimus,  
& indulgemus.

Concessio  
praedicta.

§. 3. Non obstantibus suspensione hujusmodi, caeterisque  
contrariis quibuscumque.

Clausula.

§. 4. Volumus autem, ut praesentium lite-  
rarum transumptis, seu exemplis, etiam impres-  
sis manu alicujus Notarii publici subscriptis, &  
Sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate consti-  
tuta munitis, eadem prorsus fides ubique ad-  
hibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si  
forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annu-  
lo Piscatoris die XXVIII. Aprilis MDCCXXV. Pon-  
tificatus Nostri Anno Primo.

Confirmatur quaedam Gregorii XV. Constitutio  
de non recipiendis Fratibus Congregationis  
Galliae Tertii Ordinis S. Francisci Provinciae  
S. Joannis; cum ejus ampla extensione.

XLIX.

*Hac de re legatur dicta Constitutio Gregorii XV. quae  
hic citatur. Clem. XI. Const. ed. 1708. August. 9.  
P. 8. agitur de Electione Vic. Generalis eorundem  
Fratrum Provinciae Lugdunen.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius mo-  
dernus Procurator Generalis Provinciae Sancti  
Joannis Tertii Ordinis Sancti Francisci de  
Penitentia nuncupat. Congregationis Galliae,  
quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XV. Prae-  
decessor Noster per quasdam suas in simili forma

Dat. 2. Maji  
1725. An. 1.

Alias a Gre-  
gorio XV. sta-  
tutum, ne  
Superiores  
aliorum Or-  
dinum reci-  
perent quem-  
cumque Pro-

Brevis

1725.  
fessum dictæ  
Congreg.

Verum ali-  
quando contra  
illam ali-  
quid perpe-  
tratum.

Causæ præ-  
sentis confir-  
mationis, &  
extensionis.

Preces Prio-  
ris Generalis  
d. Provinciae.

Confirmatio  
prædictarum  
Gregorii Li-  
terarum.

Extensio  
eiusdem.

Clausulæ.

Brevis expeditas Literas, ne quis Prælatorum, aut Superiorum, seu Fratrum aliorum Ordinum mendicantium quemquam dicti Tertii Ordinis professum sub quovis prætextu, & colore absque ejusdem Congregationis Ministrorum Provincialium licentia in scriptis recipere auderet sub pœna Excommunicationis, aliisque Censuris, & pœnis Ecclesiasticis arbitrio suo infligendis interdixit, & prohibuit, & nihilominus cum anno 1656. die 11. Decembris tunc existens Vicarius Generalis totius Ordinis ejusdem Sancti Francisci Spiritui a Sancto Antonio Presbytero expresse professio dictæ Provinciae transitum ad Ordinem Fratrum Minorum de observantia Provinciae Parisiensis permisisset, Congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, eundem transitum nullum, & invalidum tanquam prædictis Gregorii Prædecessoris Literis contrarium per suum Decretum die 3. Augusti 1622. emanatum declaravit; novissime vero fratres Minores de observantia supradictæ Provinciae Parisiensis sub prætextu cujusdam Decreti subreptitii Ministri Generalis Ordinis hujusmodi Josephum Seigneur Laicum, seu Conversum expresse professum memoratæ Provinciae Sancti Joannis receperunt, sed idem Minister generalis attendens, & reflectens ad easdem Gregorii Prædecessoris Literas, & ad Cap. 2. num. 4. Constitutionum decretum supradictum revocavit, nullumque, irritum, & invalidum die 16. Maji anni proxime præteriti per suas literas Ministro Provinciali dictæ Provinciae Sancti Joannis directas declaravit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat his tamen non obstantibus certi quidem fratres dycolli hujus Religionis austeræ, quæ semper in viridi observantia viget, jugum ægre ferentes, literas ipsius Gregorii Prædecessoris nullum nunc habere locum, ex eo quod a Nobis confirmatæ non fuerint, temerarie asseverare non dubitent; itaut nonnulli ejusdem Provinciae Religiosi cum Decretis subreptitiæ, aut obreptitiæ ab hac Sancta Sede obtentis ad alias Religionis tam mendicantes, quam non mendicantes a parvo tempore transiverint, suoque pessimo exemplo maximum aliis dycolis similis translationis Literas Apostolicas obtinendi prurium, aviditatemque caulaverint; ac proinde dictus Procurator hæc omnia cum maximo suo dolore perpensens supradictas Gregorii Prædecessoris Literas Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri, & ut infra indulgeri plurimum desideret, Nos specialem ipsi Procuratori gratiam facere volentes, eumque a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, præfatas Gregorii Prædecessoris literas auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, illas etiam extendimus, prohibendo, ne Fratres memoratæ Provinciae Sancti Joannis in posterum ad quascumque alias Religionis, sive mendicantes, sive non mendicantes absque licentia in scriptis pro tempore existentis Ministri Provincialis, vel inconsulto illius Provinciae Procuratore transire possint.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque, in præ-

missis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Gregorii Prædecessoris literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Maji MDCCXXV. Pontificatus nostri Anno Primo.

Statuuntur nonnulla circa Clericos Beneficiatos in habitu laicali incedentes.

*Hujus Const. ed. 1724. Sept. 23. P. 1. Confirmata, & innovata fuit Const. Inn. XIII. super Ecclesiastica disciplina in Regnis Hispaniarum.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

**A**postolicæ Ecclesiæ Regimini per ineffabilem Divinæ Bonitatis abundantiam nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præfidentes, eo potissimum Apostolicæ vigilantæ studia dirigenda esse arbitramur, ut qui in fortem Domini vocati sunt, Ecclesiasticæque Militiæ nomen dederunt, ubique irreprehensibiles inveniantur. Maxime siquidem ipsos decet vitam, moresque suos omnes ita componere, ut habitu, gestu, incessu, aliisque omnibus rebus nil nisi grave moderatum, ac religione plenum præferant. Quocirca Clericos quoscumque, præsertim vero Beneficia Ecclesiastica obtinentes, teneri vestes honestas, & proprio congruentes Ordini semper deferre, ut per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant, & si secus fecerint, etiam pœna privationis Beneficiorum plectendos esse, Sacræ Tridentinæ Synodi Decretis, pluribusque Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Sanctionibus, provide, atque salubriter cautum sit.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine maximo animi nostri mœrore, imo etiam horrore percepimus quorundam Clericorum Beneficia Ecclesiastica obtinentium audacia, & temeritas hodie eo usque processerit, ut in dedecus Ordinis Clericalis, Sacrorum Canonum contemptum, magnamque Animarum suarum perniciem incedere in habitu laicali minime vereantur; Nos gravissimo huic abusui, & Christifidelium offensionem pro Pastoralis Officii debito, quantum Nobis ex alto conceditur, opportune consulere cupientes, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliquot insuper dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quos ad id specialiter deputavimus consilio, ac etiam Motu proprio, ex certa scientia ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra perpetuo valitura Constitutione decernimus, statuimus, & mandamus, quod Ordinarii Locorum, ubi sita sunt Beneficia ejusmodi Clericorum vestes laicales deferentium impudentiam canonicis remediis omnino coercerent, & hunc in finem non modo possint, sed etiam debeant contra ipsos procedere per citationes Domi dimissa copia, quatenus domicilium habeant in eorum respectivo Diœcesibus: sin minus per citationes ad Valvas, Jurisque ordine servato sententiam declaratoriam privationis obtentorum Beneficiorum in ipsos ferre, & pronuciare, ita tamen ut eadem Bene-

L.

Dat. 2. Maji  
1725. An. 1.

Procedimus, quo demonstratur Clericis decentem habitum deferre debere.

Causæ præsentis Constitutionis.

Statuuntur, ut Ordinarii Clericos Beneficiatos in habitu Laicali incedentes coercerent.

Decernitur eisdem Clericos teneri sub pœna lethalis culpæ ad restitutionem fructuum, & Beneficiorum percipientum.

ficia juxta Constitutionem felic. record. Sixti V. Prædecessoris Nostri incipientem -- *Cum Sacrosanctam*. Nostre, ac Romani Pontificis pro tempore existentis collationi, provisioni, ac omnimodæ dispositioni reserventur, & reservata censeantur.

§. 2. Præterea volumus, statuimus, & declaramus prædictis Clericis Beneficiatis in habitu laicali incedentibus minime licere percipere, nec facere suos fructus, & proventus quoscumque suorum Beneficiorum cujuscumque generis, speciei, qualitatis, & valoris existant: quin etiam expresse decernimus, ac sancimus ejusmodi Beneficiatos ex mero facto inaccessus in habitu clericali, quamvis nulla præcesserit Ordinariorum sententia declaratoria privationis Beneficiorum, quæ obtinent, imo etiamsi nulla citatio, monitio, vel alius judicialis actus in eos fuerit institutus, ipso jure amissionis, & privationis fructuum prædictorum pœnam incurrere, itaut illos ullo modo percipere, nec perceptos retinere, vel facere suos possint: sed ipsos absque ulla prorurs diminutione ad commodum Fabricæ Ecclesiarum, in quibus erecta sunt Beneficia, illico sub pœna lethalis culpæ restituere teneantur; a qua quidem restitutionis obligatione a nemine præterquam a Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente (sublata cæteris omnibus, etiam Pœnitentiariæ Apostolicæ Officio, & Majori Pœnitentiario condonandi facultate) eos absolvi, & liberari posse volumus, præcipimus, & mandamus.

Clausula.

§. 3. Decernentes easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque semper firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quavis præminetia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quaesito non tollendo, necnon Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus immemorabilibus etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibuscumque sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis Clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatam esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

mus, ac derogatam esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ut autem præsentis Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu eorum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranen., & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est affigi, & publicari; sicque publicaras, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, acsi unicuique eorum nominatum, & personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum præsentium Literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorurs fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, Sexto nonas Maji, Pontificatus nostri Anno Primo.

Conceditur Congregationi Benedictinæ Augustinæ communicatio privilegiorum Congregationis Cassinensis quoad gratias spirituales tantum.

LI.

*Clem. XI. Const. ed. 1714. Oct. 6. P. 14. Concessa fuerunt Privilegia omnia Congregationum Benedictinorum Congregationi Monachorum Bohemiæ illiusque membris in Moravia & Silesia, & hujus Const. ed. 1727. Apr. 1. P. 4. Confirmantur Constitutiones dictæ Congregationis Augustinæ.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 4. Maji 1725. An. 1.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Pastoralis Officii, quod Authore Deo gerimus debitum exigit, ut paternam Christianorum divinis obsequiis sub suavi Monastica vitæ jugo mancipatorum curam gerentes felicibus eorum in vinea Domini progressibus quantum Nobis ex Alto conceditur, consulere jugiter studemus.

Exordium.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius Rupertus Abbas Monasterii Otobruani, & Viscator principalis Congregationis Benedictinæ Augustinæ sub Regula Sancti Benedicti, etiam nomine dilectorum Filiorum Amandi Abbatis Monasterii Heresheimensis Præfidis, & cæterorum Abbatum dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, dicta Congregatio octo Monasteriis unitis constet; Ipse vero Rupertus Abbas ipsi Congregationi, ejusque Monachis easdem gratias, exemptiones, Indulta, indulgentias, favores, privilegia, saltem ad res spirituales, & salutem animarum spectantia, quibus Congregatio Cassinensis Monachorum Ordinis prædicti gaudet, per Nos concedi plurimum desideret.

Preces Rupertii Abbatis, & Viscatoris Congregationis prædictæ.

§. 2. Nos ipsius Rupertii Abbatis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, dictosque Rupertum Abbatem aliosque Abbates specialibus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,

Concessio prædicta cum quibusdam Ordinationibus.

tiis,

tiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, qui relationem dilecti pariter Filii moderni Procuratoris Generalis memoratæ Congregationis Casinen. super præmissis eidem Cardinalibus factam attenderunt, consilio, prædictæ Congregationi Benedictinæ Augustinæ Monachorum Ordinis Sancti Benedicti, illiusque Monasteriis, Monachis, & personis nunc, & pro tempore existent. petitam communicationem privilegiorum quoad gratias spirituales tantum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, ita tamen, ut hujus concessionis prætextu jus aliquod in temporalibus ipsi Congregationi Benedictinæ Augustinæ collatum minime intelligatur, nec ejus Monachi in Italiam venientes idem communicationis privilegium præterendant, ut in Monasteriis Congregationis Casinen. recipiantur, & in eis habitare velint, sed iis tantum hospitalitatis officii sint contenti, quæ secundum eandem regulam Sancti Benedicti cæteris Monachis dicti Ordinis, non tamen hujus Congregationis Casinen., exhiberi solent, ac salva semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Clausulæ.

§. 3. Non obstantibus Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis adinstar, aliisque Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die IV. Maji MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LII.

Confirmantur quædam Resolutiones Capituli Generalis Congregationis Bethlehemitarum in Indiis Occidentalibus.

*Hæc Congregatio, quæ prius erat Confraternitas, erecta fuit ab Innoc. XI., & ejus Constitutiones novæ confirmatæ Const. ed. 1687. Martii 26. P. 11.*

Dat. 4. Maji 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

§. 1. **E**Xponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Bartholomeus a Cruce Præfectus Generalis, aliique vocales nuperi Capituli Generalis Congregationis Fratrum Bethlehemitarum nuncupat. in Indiis Occidentalibus, quod licet in Constitutionibus dictæ Congregationis a felic. record. Innocentio Papa XI. Anno 1687. confirmatis præscriberetur, ut Officium Præfecti Generalis ejusdem Congregationis ad sexennium tantum duraret; nihilominus in illius Capitulo Generali anno 1704. celebrato stabilitum fuerat Officium prædictum perpetuum, seu ad vitam Electi esse debere, ac diversa alia Decreta prædictis Constitutionibus plane contraria edita fuerant, adversus quæ plurium Hospitalium, seu Domorum dictæ Congregationis nomine habito ad hanc Sanctam Sedem recursum, & negotii cognitione per rec. mem. Clementem Papam XI. Prædecessorem Nostrum Congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-

gularium præpositæ demandata, & ab ea tribus ejusdem Congregationis Cardinalibus ad id specialiter deputatis remissa, re mature discussa die 12. Aprilis 1709. prodiit ab ejusmodi Congregatione Particulari trium Cardinalium Decretum tenoris sequentis, nimirum - *Revocatis Decretis asserti Capituli Generalis in ea parte, in qua sunt contraria Constitutionibus Apostolica auctoritate confirmatis, serventur omnino eadem Constitutiones, & Archiepiscopo Limano pro executione, & convocazione Capituli, cui præsideat per se, sive per alium cum omnibus facultatibus Sacræ Congregationis; & quatenus tunc temporis Archiepiscopus obierit, exequatur, & præsideat Vicarius Capitalis* - quod quidem Decretum ipse Clementis Prædecessor per suas in simili forma Brevis die 25. Maji 1710. expeditas Literas approbavit.

§. 2. Subinde vero coram eadem Congregatione Particulari Cardinalium variæ instantiæ pro parte Procuratorum dictæ Congregationis fratrum, qui tunc in Alma Urbe degebant, promotæ fuerunt, primo nempe quia Constitutionibus præfatis expresse cavebatur neminem in ejusmodi Congregatione, qui in aliquo ex Sacris Ordinibus constitutus foret, admitti, nullumque fratrem ex admisis, vel deinceps admittendis ad illos promovendi posse, quod tribueretur facultas Sacerdotes admittendi, vel fratres ad eisdem Sacros Ordines promovendi, quodque Superioribus, ac ipsimet Præfecto generali dictæ Congregationis interdiceretur, ne qui eidem Congregationi inservissent, seu donati, ut vulgo appellant, fuissent, in illa admitterent; & insuper cum in eisdem Constitutionibus disponderetur, convocacionem vocalium ad electionem futuri Præfecti Generalis ad Vicarium Generalem spectare, & contingere posset, dictum Vicarium Generalem, vel decedere, vel legitimo impedimento quo minus ad ejusmodi convocacionem procedere valeret, detineri, petatum fuerat decerni, quod tunc, & eo casu pertinere ad Assistentem antiquiorem Capitulum Generale convocare, & illi præsidere, ac demum eveniente obitu Vice-Præfectorum Generalium Provinciarum Liman., aut Mexican., seu Præfecti cujuscumque alterius Provinciæ, Præfectus noviter electus munus Vice-Præfecti Generalis ad formam earundem Constitutionum, etiam confirmacionem suæ electionis a memorato Præfecto Generali nondum obtinuisse, exercere posset. Verum præfata Congregatio Particularis Cardinalium hujusmodi instantias, ac petitiones die 31. Januarii 1710. admittere noluit, sed votum proximi Capituli Generalis desuper exquiri mandavit. Cumque interim sub obtentu quod dilectus filius Frater Rodericus a Cruce tunc assertus Præfectus Generalis dictæ Congregationis Fratrum non fuerat auditus in propositione habita die 12. Aprilis 1709. coram eadem Congregatione Particulari Cardinalium, Charissimus in Christo filius Noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, retentis supradictis Clementis Prædecessoris literis partes ad eundem Prædecessorem, ut ab eo voluntatem suam super præmissis certius explorarent, remisisset, porrectoque ipsi Clementi Prædecessori pro parte dilecti etiam filii Fratris Michaelis a Conceptione dicti Fratris Roderici Procuratoris supplici libello, & iterum commissa rei cognitione eidem Congregationi Particulari Cardinalium die 5. Februarii 1714. emanavit ab ea Decretum per alias ipsius Clementis Prædecessoris in pari forma Brevis die 22. Decembris subsequenter confectas literas itidem confirmatum, quo persistendo in decisio quoad

Postea vero per sequens Decretum Congregationis Particularis revocata fuere ea in parte, in qua Constitutionibus prædictis contraria reperiebantur.

Deinde ab eisdem Fratribus dictæ Congregationis Particulari variæ instantiæ promotæ fuere: quæ ab eadem rejectæ sunt; & mandatum, ut votum proximi Capituli Generalis exquireretur.

In Capitulo Generali 1704. diversa Decreta plane Constitutionibus Congregationis contraria edita fuere.

revocationem Decretorum in Capitulo Generali anni 1704., ut præfertur, editorum, & convocationem dicti Capituli Generalis, mandavit per vota secreta in eodem proximo Capitulo Generali exquiri, num expediret dicta Congregationi Fratrum officium Præfæti Generalis in posterum fore ad sexennium, seu potius novennium, exclusa omnino illius perpetuitate?

Resolutiones prædictæ Capituli Generalis 1721., ad cuius votum omnia remissa fuerant.

Resolutio prima circa tempus Generalatus, aliorumque Officiorum Ordinis.

§. 3. Quamobrem Capitulo Generali huiusmodi Anno 1721. in Civitate Liman. celebrato, illic præfidente Venerabili Fratre Archiepiscopo Liman. post peractam electionem dicti Præfæti Generalis, discussa in eo, ac resoluta fuerunt enarrata puncta in hunc modum, videlicet - Fuit primo loco exquisitum votum, an expediret Generalis Ordinis durare debere ad novennium, vel ad sexennium, & resolutum fuit unanimiter, quod deberet esse novennale, & quod omnia pariter Officia illorum, qui in Capitulo Generali eliguntur, prout sunt Assistentes Generales, & Assistentes Particulares utriusque Regni debent etiam esse ad novennium, servatis tamen quoad electionem Superiorum localium Constitutionibus Ordinis præcipientibus, quod ista fiant de triennio in triennium.

Resolutio secunda circa novos Præfætos, qui Religiosos ad Sacerdotium promovendos.

§. 4. Postmodum fuit processum adquisitionem votorum ejusdem Capituli Generalis super aliis punctis ad illum remissis a Congregatione Particulari die 31. Januarii 1710., & fuit secundo loco exquisitum, an expediret habere in Religione Religiosos, qui promoverentur ad Sacerdotium, ac communibus suffragiis resolutum fuit expedire sub sequentibus tamen conditionibus. Prima, quod nemo possit promoveri ad Sacerdotium nisi post elapsum decennium a die ingressus in Religionem. Secunda, quod ad effectum se promovendi ad Sacerdotium nulla directe, vel indirecte uti possit mediatio alterius Personæ pro obtinenda licentia a Patre Generali, & Assistentibus Generalibus, sed proponi debeat a Patre Vice-Præfæto Generali, & Assistentibus, qui debeant Patri Generali, ejusque Definitorio illas Personas significare, quas huiusmodi Dignitatem promoveri posse crediderint. Tertia, quod si aliter quispiam ad Sacerdotium fuerit promotus, ipso factò incurrat in suspensionem a Divinis, a qua non nisi per Summum Pontificem absolvi possit, & habilitatio peti nequeat, nisi præcedente Beneplacito Definitoris Generalis. Quarta, quod teneantur quotidie celebrare, & applicare Sacrificium juxta intentionem Præfæti localis, & juxta obligationes Communitatis illius Domus; & quod si pro celebratione aliquam elemosinam receperint, teneantur illam tradere in manibus ipsius Præfæti localis ubi Missæ celebrantur, vel cujus subditus fuerit ille, qui extra Conventum celebraverit, sub penis contra Proprietarios inflictis. Quinta; Quod in quolibet Conventu non adsint, nisi duo Sacerdotes, & in Domibus, quæ sunt Matrices, tres, ad effectum supplendi in casum obitus in aliis Conventibus. Sexta. Et casu quo de licentia etiam Patris Generalis, & Assistentium major numerus promoveretur, sic promoti non possint celebrare, nisi superveniente vacatione alicujus loci per obitum alterius Sacerdotis. Septima. Quod Sacerdotes, ut supra, promoti debeant in omnibus sequi vitam regularem, ac deferre Coronam Clericalem ad instar Sacerdotum Ordinis Sancti Joannis Dei; quodque nunquam nec per Breve temporis spatium possint esse Præfæti Generales, nec ullam Prelaturam habere supremam, seu ordinariam, nec ex dispensatione Patris Generalis, nec Definitorii Generalis, nec cujuscumque alterius Superioris, sed quod solummodo possint esse Discreti Conventuum, Magistri Novitiorum, & Assistentes Provinciae. Octava. Denique, quod si aliquis Sacerdos Secularis ægrotus in Hospitalibus degens peteret pro sua devotione admitti ad

habitum Religionis antequam obiret, possint Pater Generalis, & Definitorium concedere licentiam alicui de Præfætis localibus pro huiusmodi admissione, accedente tamen consensu illius Communitatis, non obstante, quod in eodem Conventu adsint alii duo Sacerdotes, ut supra.

Resolutio tertia circa Donatos.

§. 5. Tertio loco. Exquisitum fuit votum ejusdem Capituli Generalis, an Pater Præfætus Generalis, vel quicumque alius Superior possint in Religione recipere illos, qui inservierunt eidem Religioni, seu fuerint, ut vulgo dicitur, Donados, & resolutum exitit per communia suffragia non posse.

Resolutio IV. cui convocatio Capituli pertinet.

§. 6. Quarto loco. Propositum fuit, an in casu obitus Præfæti Generalis, quando ad eum pertineret convocare Capitulum, seu concurrente quocumque alio legitimo impedimento in aliquo ex istis casibus convocatio Capituli pertinere debeat ad Assistentem antiquiorem, & pariter resolutum fuit, quod in casu obitus Patris Generalis, seu Vicarii Generalis, vel in casu gravis infirmitatis eos legitime impediens, seu quacumque alia legitima causa concurrente jus convocandi Capitulum Generale, & in eo præsidendi pertineat ad Patrem Assistentem generalem antiquiorem, seu eo impedito ad alios Assistentes, juxta eorum Antianitatem, vel ad alios Vocales, qui sequuntur, attenda semper eorum Antianitate.

Resolutio V. non dum confirmationem obtinuerint.

§. 7. Quinto, atque ultimo loco propositum fuit, an in casum obitus Vice-Præfætorum Generalium Lima, aut Mexici, seu Præfætus cujuscumque alterius Provinciae, Præfætus noviter electus, etiam si confirmationem suæ electionis a Patre Præfæto Generali adhuc non obtinuerit, possit exercere munus Vice-Generalis: Et similiter per secreta suffragia resolutum fuit, quod in casum mortis naturalis uniuscujusque ex Vice-Præfætis Generalibus, Præfætus noviter electus, una cum Assistentibus Generalibus illius Regni, gerere ea omnia possit, quæ a Constitutionibus Vice-Præfætis Generalibus conceduntur, donec adveniat ejus confirmatio, quæ si iustis de causis denegata fuerit, adhuc omnia per ipsum gesta, valida sint, & plenarium suum effectum consequi debeant.

Preces Fratrum prædictorum pro confirmatione.

§. 8. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfatae resolutiones pro salubriori ejusdem Congregationis Fratrum directione, ac regulari in ea disciplina progressu in dicto Capitulo Generali communi Vocalium suffragio factæ fuerint, ac Exponentes prædicti easdem resolutiones, tametsi aliquæ earum supradictis Constitutionibus adversentur, Apostolicæ confirmationis patrocinio communitari plurimum desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere de benigne Apostolica dignaremur. Nos igitur eorumdem Exponentium votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eorumque singulares personas a quibusvis Excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, Censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus, quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositorum, qui relationem dilecti filii Nostri Ludovici ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Pici nuncupat. &c. prædictæ Congregationis Fratrum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, jura distributa, & votum dilecti filii Caroli Augustini dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ pariter Cardinalis Fabroni nuncupat. Ponentis sibi de-

Confirmatio relaxarum resolutionum.

super exhibitæ viderunt, consilio, præsertim Capituli Generalis resolutiones auctoritate Apostolica, tenore præsentium juxta modum tamen infra dicendum approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui in eis quomodolibet intervenerint supplemus.

Clarius declarantur prædictæ resolutiones; eisque quædam ordinationes adduntur.

§. 9. Ita scilicet, ut quoad secundam conditionem secundi capituli dictarum resolutionum imponatur ista lex, nempe quod promovendus proponatur a Vice-Præfecto, & Assistentibus, si sit de Regno, ubi residet idem Vice-Præfectus; si vero sit de Regno, ubi residet Præfectus Generalis, proponatur a Superiore, & Capitulo Conventuali Domus, quæ sit de Sacerdote providenda; Ex tertia conditione ejusdem secundi capituli demantur verba illa: quod peti nequeat habilitatio, nisi præcedente beneplacito Diffinitorii Generalis: ex quarta conditione omittatur particula quotidie; Sextæ autem conditioni addatur pæna privationis vocis activæ, & passivæ respectu Superiorum post expletum eorum novennium, & ex illa dematur suspensio respectu promotorum, dummodo sine eorum culpa fuerint supra numerum promoti; quo vero ad tertium caput earumdem resolutionum, firma remanente prohibitione respectu cujuscumque Superioris, & addita pæna nullitatis professionis, si secus factum fuerit, detur facultas Capitulo Generali admittendi ad habitum Donatos, quatenus expedire censuerit, ac demum quoad quintum caput addantur verba: dummodo Sacris Canonibus, ac Constitutionibus dictæ Congregationis Fratrum non sint contraria; Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Claufulæ.

§. 10. Decernentes easdem præsentis literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis, per quoscumque Judicæ Ordinarios, & Delegatos, etiam Casuarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sedis Nuncios judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatoriis.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quoad ea, quæ præsentibus adversantur, dictæ Congregationis Fratrum, illiusque Provinciarum, Domorum, seu Hospitalium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris, die IV. Maji MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIII.

Declaratur qui Fratres à Congregatione Sanctæ Sabinæ dimitti possint, qui in Provincia Lombardiæ Ordinis Prædicatorum recipi debeant.

Hæc Congregatio erecta fuit ab Innoc. XII. Const. ed. 1695. Jun. 14. P. 4. quæ hic recensetur, & hujus Const. ed. 1726. Jun. 5. P. 3. Subjiciuntur omnes Conventus hujus Congregationis Provinciales utriusque Lombardiæ.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. **A**lias, sicut accepimus, fel. rec. Innocentius Papa XII. Prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis die 14. Junii 1695. expeditas literas diversos in eisdem literis expressos Conventus Provinciale Lombardiæ Ordinis Fratrum Prædicatorum, eorumque Fratres, & personas quascumque cum omnibus, & singulis illorum membris, juribus, & pertinentiis universis ab omni, & quacumque Jurisdictione, Superioritate, correctione, visitatione, regimine, cura, & gubernio pro tempore existentis Prioris Provincialis ejusdem Provincie tam in temporalibus, quam in spiritualibus perpetuo exemit; ipsosque Conventus in novam Congregationem sub titulo Sanctæ Sabinæ Provincie utriusque Lombardiæ ejusdem Ordinis nuncupandam, quæ pro tempore pariter existenti Magistro Generali, sive ejus loco in Romana Curia residenti Vicario Generali Ordinis hujusmodi immediate subjacere deberet, itaut in illam nulli alii ipsius Ordinis Superiores, præterquam dictæ Congregationis Vicarius, cæterique illius Prælati juxta morem deputari soliti potestatem aliquam valerent exercere; pariter perpetuo erexit; In quibus quidem Conventibus ad prædictam Congregationem sic erectam, & institutam spectantibus Fratres omnes ad Regulæ, quam professi fuerant, præscriptum exacte vitam instituere, & componere, atque illa, quæ communem vitam, victum, & vestitum concernebant juxta Concilii Tridentini, & recol. mem. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris itidem Nostri decretorum tenorem fideliter, & inviolabiliter observare deberent; Voluitque idem Innocentius Prædecessor, ut ipsi Congregationi de idoneo Vicario generali ex Fratribus alicujus ex Conventibus ipsius Congregationis a Magistro Generali præfati de biennio in biennium provideretur, qui eandem prorsus Jurisdictionem, & auctoritatem haberet in Conventibus, & Fratres prædictæ Congregationis, quam juxta Apostolicas, & dicti Ordinis Constitutiones Priores Provinciales habent in suis Provinciis; posset quoque idem Vicarius quoscumque Fratres Ordinis præfati undecumque venientes suscipere, & eis de Conventibus Congregationis prædictæ per deputationem, vel assignationem providere, quod tamen criminosis juxta dicti Clementis Prædecessoris decreta nullatenus professe valeret, non autem intelligerentur iidem Fratres Congregationi hujusmodi incorporati, nisi post quadriennium, eoque durante, si ad suos Conventus, vel Provincias redire voluissent licentia eis abeundi libere concederetur.

§. 2. Præterea nulli ex Fratribus dictæ Congregationis, sive intra eam habitum suscepisset, sive aliunde, si per quadriennium, ut præfertur, incorporatus fuisset, permitteretur transire ad Conventus extra suam Congregationem, nisi de licentia Vicarii, una cum consilio sex graviorum Patrum ejusdem Congregationis, quæ tamen licentia non facile daretur, sed omnimoda diligentia, & charitatis officia adhiberentur, ut abire volentes in suscepto vitæ instituto confirmarentur, quod si adhuc in discedendi voluntate permansissent, tandem

Dat. 6. Maji 1725. An. 1.

Prædictam Congregationem ab Innoc. XII. erectam esse referunt.

Ab eoque inter alia cautum, ut Fratres d. Congregat. discedere ab ea volentes, difficiliter quidem, dimitterentur.

Narrantur  
quærelæ  
exortæ inter  
Vicarium  
Congrega-  
tionis prædi-  
ctæ, & Prio-  
rem ejusdem  
Provincia  
Lombardiæ  
super dd. Fra-  
tribus dimif-  
fis.

dimitterentur, ne aliis impedimento forent, & alias prout in ipsius Innocentii Prædecessoris literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 3. Subinde vero, sicut Nobis etiam innotuit, delatis pro parte Vicarii Generalis Congregationis præfatæ ad Congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & ejusdem Romanæ Curie Prælatorum super disciplina Regulari specialiter auctoritate Apostolica deputatam querelis, quod Prior Provincialis dictæ Provinciæ Lombardiæ Fratres e dicta Congregatione ad se demissos recipere renueret, die 12. Martii 1709. emanavit ab ipsa Congregatione Cardinalium, & Prælatorum Decretum, ut liceret Vicario Generali præfato dimittere Fratres e dicta Congregatione, prævia tamen notificatione dimissionis faciendæ dicto Priori Provinciali, qui dimissos in alio Conventu statim collocare, & locum destinationis factæ eidem Vicario notificare teneretur; Quamobrem præfatus Prior Provincialis omnes Fratres e dicta Congregatione dimissos, nedum qui in Conventibus ipsius Provinciæ Lombardiæ antea professi ad Congregationem supradictam translati, & illi incorporati fuerant, sed etiam, qui in eadem Congregatione habitum susceperant, & ulterius aliquos, qui durante incorporatione hujusmodi, vel habituales corporis, ac etiam mentis passi erant infirmitates, vel criminibus obnoxii carceribus mancipati fuerant, exinde recipere coactus fuit non sine ingenti dictæ Provinciæ dispendio, gravique illius Fratrum perturbatione, de quibus incommodis Nos, utpote qui olim in minoribus constituti in clyto Sancti Dominici Instituto in eadem Provincia Lombardiæ nomen dedimus, apprimè instructi fuimus.

Causæ præ-  
sentis decla-  
rationis.

§. 4. Cum autem in memoratis Innocentii Prædecessoris Literis Vicario Generali dictæ Congregationis Fratres quidem, qui in Congregatione præfata habitum susceperant, sive illi incorporati fuissent, aliquando tamen non facile dimittendi tribuatur facultas, verum quo isti, qui habitum in eadem Congregatione susceperant, abire debeant, minime disponatur, prout quoque in enarrato Decreto Congregationis Cardinalium, & Prælatorum super disciplina Regulari, decernatur licere eidem Vicario Generali Fratres e dicta Congregatione dimittere, sed nulla fiat distinctio inter Fratres, qui e Provinciæ prædictæ ejusque Conventibus in dictam Congregationem advenerint, illique incorporati fuerint, ab eis, qui in eadem Congregatione habitum hujusmodi susceperint, & nihilominus Priori Provinciali præfato dimissos indiscriminatim recipiendi onus imponatur.

Declaratio  
prædicta mo-  
tu proprio  
edita.

§. 5. Nos attendentes, quod quemadmodum æquum, & justitiæ consonum est, ut Fratres ex Conventibus dictæ Provinciæ Lombardiæ ad Congregationem præfatam accedentes, si ab ea dimittantur, ad illos revertantur, ita rationi minime consentaneum sit, Provinciam prædictam ad eos Fratres, qui in eadem Congregatione habitum susceperunt, & dimissi fuerunt, recipiendos, & alendos adstringi; Ac propterea quamcumque dubitandi occasionem hac in re submovere, ac dictæ Provinciæ Lombardiæ, quam in paternæ charitatis visceribus gerimus levamini, & indemnitati consulere, illiusque, necnon præfatæ Congregationis Sanctæ Sabinæ religiose tranquillitati opportune prospicere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, de-

que Apostolicæ potestatis plenitudine, harum serie statuimus, & ordinamus, quod si deinceps per Vicarium Generalem Congregationis Sanctæ Sabinæ dimittatur aliquis Frater, qui e Provinciæ Lombardiæ, ejusve Conventibus in eadem Congregatione venerit, ac susceptus in illa fuerit, tunc Prior Provincialis ipsius Provinciæ Lombardiæ illum recipere, & in primævo suæ adfiliationis, aliove dictæ Provinciæ Conventu collocare, necnon de tali collocatione Vicarium Generalem præfatum certiorare teneatur, nisi tamen agatur de dimissione Fratris in prædicta Congregatione recepti, qui ob crimina durante sua permanentia in ejusmodi Congregatione commissa carceribus mancipatus, vel de eis inquisitus, aut habituali, gravique mentis, aut corporis infirmitate in eadem Congregatione contracta correptus reperitur, quo casu istiusmodi Fratrem, nisi post finitam causam adversus eum instructam per ejus absolutionem ex capite innocentie, vel penæ illi injunctæ implementum, aut sanitatem receptam respective dimitti non posse decernimus; quo vero ad Fratres, qui habitum in dicta Congregatione susceperint, Vicarius Generalis eis ab ipsa Congregatione abeundi licentiam concedere, illosve dimittere nequeat, nisi prius de invento benevolo receptore in aliquo Conventu cujusvis Provinciæ, præfati Ordinis Prædicatorum legitime docuerit, ac hoc modo, & cum ejusmodi discrimine de cætero in præmissis procedendum esse, nec non tam Innocentii Prædecessoris Literas, quam Decretum præfatæ Congregationis Cardinalium, & Prælatorum super disciplina Regulari intelligenda fore, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus tenore præsentium declaramus, ac præcipimus, & mandamus.

Causulæ po-  
cultariæ.

§. 6. Decernentes easdem præsentis Literas, & in eis contenta, etiam ex eo, quod Vicarius Generalis præfatæ Congregationis Sanctæ Sabinæ, aliique quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ propter quas ipsæ præsentis emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, individuumque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, ad viam, seu terminos juris, vel Constitutionum dicti Ordinis reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed easdem præsentis Literas semper, & perpetuo firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari; Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejus-

dem

dem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quoslibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & defini debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoria.

§. 7. Non obstantibus ejusdem Innocentii Prædecessoris Literis, ac Decreto Congregationis Cardinalium, & Prælatorum super disciplina Regulari supradictis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, Congregationis Sanctæ Sabinæ, & Provinciæ, ac Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis eidem Ordini, Congregationi Sanctæ Sabinæ, & Provinciæ, ac Conventibus, illorumque respective Magistro, & Vicario Generali, & Provincialibus, aliisque Superioribus, Fratribus, & personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac aliis quomodolibet, in contrarium, præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantiscumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse plenissime, & amplissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Anno Piscatoris die V. Maji MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LIV.

Præcipitur Abbatibus Regularibus perpetuis, ut infra annum a die eorum electionis ab Episcopis benedictionem suscipiant, vel saltem postulent.

*Hujus Const. ed. 1726. Mar. 7. P. 2. decernuntur Episcoporum Regularium habitus, & tonsura, determinaturque, ut abdicato Episcopatu ad Claustra revertantur.*

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat. 6. Maji  
1725. An. 1.

Exordium.

Commissi Nobis cælitus Apostolici Ministerij sollicitudo Nos admonet, ut omnium quidem Christianifidelium paternam geramus curam, sed eorum præsertim, qui contemptis illecebris seculi sub suavi Religionis jugo divinis sese obsequiis manciparunt, prospere statui, salubrique directioni, quantum Nobis ab Alto

conceditur, prospicere studeamus, & si quid in regulari disciplina inordinatum, & absolum, vel a Sacrarum Legum sensu alienum inter eos irrepsisse constiterit, Pontificiæ providentiæ, & auctoritatis ope submovere, ac e medio tollere satagamus, quatenus ipsi vota sua Domino reddere in Sanctitate, & justitia, ac in ea, quam elegerunt, tutioris vitæ ratione amplioribus in dies proficere valeant incrementis.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Abbatibus Regulares perpetui, non quidem ratione tituli, quia ad triennium, vel sexennium, aut aliud limitatum tempus eliguntur, sed ratione administrationis, quia ab unius Monasterii regimine, expleto limitato tempore, transferuntur ad aliud, ab Episcopis, in quorum Diocæsi bus sita sunt Monasteria, benedictionem obtinere, imo & petere negligant; Hinc est, quod Nos gravi ejusmodi abusu pro pastoralis officii debito opportune consulere, ac providere cupientes; de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & aliquot insuper Romanæ Curiæ Prælatorum super hoc a Nobis specialiter deputatorum consilio, suadentibus etiam Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus in præfenti Sacro Concilio congregatis; necnon Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione injungimus, præcipimus, & districte mandamus omnibus, & singulis Abbatibus Regularibus, licet perpetuis solummodo ratione administrationis, ut præfertur, qui Monasteriis cujuscumque Ordinis, Congregationis, ac Instituti de cætero præficiantur, ut infra annum a die eorum electionis computandum solemnem benedictionem ab Episcopis, in quorum Diocæsi bus Monasteria consistunt, juxta Ritum in Pontificali Romano præscriptum, omnino suscipiant, vel saltem eam ter ab ipsis humiliter postulent, servata forma sancita in *Cap. Statimus de supplen. neglig. Prælator.* Quod si secus fecerint, ab officio per annum sint ipso jure suspensi. Volumus tamen, & expresse declaramus, quod ipsimet Abbates electi, durante præfato termino, ac interim omnia Munia Abbatialis libere, ac licite exercere possint, & valeant; Quodque Abbas semel benedictus iterum benedictionem petere, vel obtinere, non teneatur, tamen ad gubernium diversorum Monasteriorum, aliarum etiam Diocæsium translatus extiterit.

§. 2. Quoniam vero nonnulli ex prædictis Abbatibus Regularibus, Apostolicis, ut asseritur, muniti sunt privilegiis, quibus ampla ipsis tribuitur facultas suscipiendi benedictionem a quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & Communionem Sanctæ Sedis Apostolicæ habente; Nos justis, & rationabilibus adductis rationibus, Motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus, statuimus, atque decernimus, ut ejusmodi Abbates in posterum, non a quocumque Antistite, sed a Diocæsano tantum Episcopo, vel a Metropolitanano, infra prædictum terminum, benedictionem omnino suscipere teneantur; Et quatenus ille, quem Abbas elegerit, tertio humiliter requisitus ipsi petitam benedictionem impertiri detrectet, aut negligat, tunc, & eo dumtaxat casu, eandem benedictionem a quocumque Catholico Antistite Abbas libere suscipere possit, & valeat, ac ita perpetuis futuris temporibus ubique servari volumus, & mandamus.

§. 3. Ceterum ejusmodi Indulta exemptiva ab obligatione suscipiendi benedictionem a proprio Episcopo illis dumtaxat Abbatibus, quibus ab Apostolica Sede directe concessa fuerunt, juxta modum supra expressum, suffragentur: Reliquis autem Abbatibus, qui ea ex generali tantum.

Causa præfentis Constitutionis.

Injungitur Abbatibus prædictis præceptum supradictam.

Decernitur quomodo se gerere debeant Abbates, quibus concessa fuerit Apostolica facultas suscipiendi benedictionem a quocumque Antistite.

Et cui illa suffragare possit.

Quoad alios  
alios in dultis  
munios.

Inhibetur  
Episcopis, ne  
intuitu hu-  
jusmodi be-  
nedictionum  
munera qua-  
cumque acci-  
pere audeat.

Claufula.

Cum dero-  
rogatoriis.

Privilegiorum alii Ordinibus, Congregationibus, vel Institutis concessorum in communicatione sibi competere prætendunt, minime suffragari posse, nec debere decernimus, & declaramus.

§. 4. Quo vero ad Abbates, quibus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris indultum fuit, ut a suis Superioribus Regularibus, vel ab eorum Prælati delegatis, benedictionem sumere possint: vel etiam per speciale Indultum Apostolicum concessum fuit, ut electi habeantur pro benedictis ab ipso Summo Pontifice, nihil omnino innovandum esse sancimus, & Apostolica, quibus gaudent, Privilegia ubique inconcussa observari præcipimus, & mandamus.

§. 5. Universos demum Episcopos, atque etiam Archiepiscopos, a quibus benedictio tribuenda erit, eorumque Officiales Assistentes, & Ministros quoscumque in Domino hortamur, ac admonemus, ut occasione similibus benedictionum excutiant, ac profus emundent manus suas ab omni munere: quin etiam prædictis Præsulibus sub pena Interdicti ab usu Pontificalium per annum vetamus, ac inhibemus, ne tam ante, quam post easdem benedictiones, earumque intuitu, cuiuscumque generis, aut speciei; etiam bellariorum, & comestibillum, munera, vel xenia, a quoquam recipere audeant, illisque præterea districte injungimus, ut ab omni abstineant solemnium pompa, quæ sumptus, quantumvis modicos etiam prandii, secum ferat; Cum ejusmodi Sacrae functiones ab interna, solidaque potius Benedictentium, ac Benedicendorum religione, & pietate, quam ab externa, & vana apparatus magnificentia debeant commendari.

§. 6. Decernentes præsentis literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod prædicti, & alii quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, Congregationis, ac Instituti existant, seu alias speciali nota digni, illis non consenserint, & ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas præsentis emanarint, ad ductæ, & sufficienter justificatæ non fuerint, sive ex alia quacumque quantumvis iusta, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, ac enormissima læsionis, nullo unquam tempore impugnari, redargui, infringi, in controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci posse; Sed semper firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcussa observari: sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præminentia, dignitate, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsto non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Collegiorum, Ordinum, Congregationum, & Institutorum quorumlibet, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, styliis, & consuetudinibus, etiam immemorabili-

bus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibuscumque, Ordinibus, Congregationibus, ac Institutis prædictis, eorumque Monasteriis, & Abbatibus sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio faciendæ, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones, ac alia etiam speciali expressione digna præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, ac servatis respective habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permanentibus, ac præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Ut autem præsentis Literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curiaque generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari: sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernant, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent: utque ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus Personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem profusus fides tam in Judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel offensæ.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis, præcepti, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Milleesimo septingentesimo vigesimo quinto Pridie nonas Maji Pontificatus Nostri Anno primo.

Conceditur Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ usus Mitræ aliorumque insignium, instar Capituli Ecclesiæ Beneventanæ.

*Clem. XI. Const. ed. 1717. Mart. 4. P. 17. ampliata fuerunt indulta Capituli Patriarcalis Ecclesiæ Ulyxiponen. Et hujus Const. ed. 1727. Apr. 26. P. 3. fit facultas Canonici S. Petri de Urbe concedendi dimissorias subditis suarum Abbatiarum etiam ad sacros Ordines.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

IN Apostolicæ Dignitatis specula meritis licet imparibus per ineffabilem Divinæ bonitatis abundantiam constituti, ad statum Ecclesiarum omnium, quarum Nobis a Domino commissa est sollicitudo, personarumque in eis Altissimo

Mandatur publicatio præsentium literarum.

Infiguntur pœnæ in eorumdem contradictores.

L V.

Dat. 8. Maji 1725. An. I.

Exordium.

famu-

famulantium propensis studiis animum jugiter intendimus, earumque decori, & dignitati paterna benignitate libenter prospicimus, sicut, omnibus maturæ considerationis trutina perpensis, rationi consentaneum esse in Domino arbitramur.

Causæ præfentis concessionis.

§. 1. Cum itaque, sicut Dilecti Filii Capitulum, & Canonici Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ Nobis nuper exponi fecerunt, eadem Metropolitana Ecclesia, in qua tres Dignitates, Decanatus nempe, Archidiaconatus, & Præbiteratus, ac triginta sex Canonicatus existunt, antiquitatis laude, patrimonii amplitudine, Cleri, Populique pietate, & frequentia eximie floreat, Templumque habeat magnificum, ac apprime instructum, cura, & studio Dilecti Filii Nostri Nicolai Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis Caraccioli nuncupati dictæ Metropolitanæ Ecclesiæ ex concessione, & dispensatione Apostolica Præfultis, non sine gravi impensa novissime instauratum, & innovatum, in quo multa Corpora Sanctorum, ut pie creditur, asservantur, & in primis diversa in Metropolitana Ecclesia præfata Concilia a Romanis Pontificibus Prædecessoribus Nostri olim celebrata fuisse, plurimosque vitæ sanctitate, ac virtute, & meritis præclaros, necnon amplissima Cardinalatus Dignitate insignes Viros ex ipsius Capituli gremio produxisse jure gloriatur, necnon multiplicibus a Sede Apostolica privilegiis ornata reperitur; unum vero exponentibus prædictis Mitrarum decus desit, quarum usu Metropolitana Ecclesia nostra Beneventana arcto fraternæ charitatis vinculo cum dicta Metropolitana Ecclesia Capuana dudum conjuncta, ac aliæ Regni Neapolis etiam Cathedralæ Ecclesiæ ex concessione Apostolica gaudere dignoscuntur, & si Exponentes præfati hac quoque prærogativa donarentur, non modica exinde eis, Ecclesiæque præfate splendoris, ac dignitatis fieret accessio, divinusque in ea cultus, ac Populi devotio majora in dies susciperet incrementa; Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Capituli.

§. 2. Nos igitur qui dictam Metropolitanam Ecclesiam Capuanam peculiari semper prosecuti sumus, & adhuc prosequimur devotionis affectu, ac veteri cum Memorato Nicolao Cardinale Præfule etiam jungimur necessitudine, ipsorum exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere cupientes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Dignitates, ac Canonicatus in dicta Metropolitana Ecclesia Capuana obtinentibus præsentibus, & futuris, ut deinceps perpetuis, futuris temporibus tam in Civitate, quam in Diocesi Capuana etiam absente eodem Nicolao Cardinale Præfule, seu pro tempore existente Archiepiscopo Capuano in Missis, Vesperis, ac laudibus solemniter decantandis, ac etiam in Processionibus, seu supplicationibus, benedictionibus Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis Baptifimalis, ac reliquis Ecclesiasticis functionibus, in quibus sacra adhibentur paramenta, Mitra aliisque indumentis, & paramentis in omnibus, & per omnia ad instar Dilectorum filiorum Capituli, & Canonicorum supradictæ Ecclesiæ Beneventanæ, uti libere, & licite possint, & valeant Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, eisque in suis Armis, seu Insigniis gentilicis Mitram apponi fa-

Concessio prædicta.

ciendi, & addendi licentiam, & facultatem etiam perpetuo tribuimus, & impartimur.

§. 3. Ipsos vero super præmissis a quoquam quovis prætextu, causa, & occasione molestari, perturbari, aut impediri nullatenus unquam posse: sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus.

Clausula.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon, quatenus opus sit, præfate Metropolitanæ Ecclesiæ Capuanæ, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibusvis in genere, vel in specie sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & pluries innovatis, quibus omnibus, & singulis etiam si pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Et derogatoria.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die VIII. Maji MDCXXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Erigitur Conventus Carmeli Majoris Ordinis Carmelitarum, cum aliis quibusdam Conventibus, a Provincia Terræ Laboris dismembratis, in novam Provinciam Neapolitanam nuncupatam.

LVI.

*Clem. XII. Const. ed. 1731. Jan. 27. P. 1. Confirmatur hac Const. Et hujus Const. ed. 1725. Maji 30. P. 1. idem Conventus Carmeli majoris erigitur in Collegium studii generalis pro Provinciis Regni Neapolitani.*

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 18. Maji 1725. Ann. 1.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter gravissimas Apostolicæ servitutis curas, quæ animum Nostrium assidue pulsant, in eam præcipue sollicitis studiis incumbimus, ut prospero, felicique Christianidelium in sortem Domini assumptorum, & divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum statui, regimini, & progressui, quantum Nobis ex alto conceditur, providere jugiter satagamus, ac proinde novas ejusmodi Religiosorum virorum provincias interdum institimus, sicut rerum, locorum, personarum, & temporum qualitatibus maturæ considerationis trutina perpensis, ad Omnipotentis

Procedimus.

tentis

Narrantur  
dissidia inter  
Provinciam  
Terræ Labo-  
ris, & Con-  
ventum præ-  
dictum, quæ  
fuerunt causæ  
hujus dif-  
membratio-  
nis.

Separatio  
dicti Con-  
ventus cum  
quibusd. aliis  
a præd. Pro-  
vincia, mo-  
tu proprio.

Ereçtio eo-  
rundem in  
novam Pro-  
vinciam  
Neapolita-  
nam nuncu-  
pandam.

tentis Dei gloriam, & Religionis incrementum salubriter in Domino expedire arbitramur.

§. 1. Innotuit siquidem Nobis, quod cum alias fratres Provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolis Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo absolutum dominium, quod Fratres Conventus Carmeli Majoris Nuncupat. Civitatis Neapolitan. Provinciæ, & Ordinis prædictorum in universam Provinciam hujusmodi, illiusque Conventus, & Fratres exercebant, ferre non valentes, ad Congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam, ut multiplicibus gravaminibus, quæ sibi per Fratres memorati Conventus inferri prætendebant, opportuno aliquo remedio occurreret, recursum habuissent, & ab eadem Congregatione Cardinalium die 18. Decembris 1724. decerni obtinuissent, quatenus Fratribus dictæ Provinciæ aliqua in præfato Conventu Cameræ, necnon Conventus Capodichino nuncupatus assignarentur, & e contra Fratribus ipsius Conventus Carmeli Majoris per eandem Provinciam alius Conventus æquivalens a dilecto Filio Priori Generali dicti Ordinis designandus cederetur; Fratres ejusdem Conventus Carmeli Majoris non solum ejusmodi Decreto a memorata Congregatione Cardinalium emanato sub variis prætextibus hæcenus minime paruerunt, verum præfata Provinciæ Fratres gravius quam antea vexare perrexerunt, unde nova inter eos animarum dissidia non sine fraternæ charitatis, & regularis disciplinæ detrimento enata fuerunt, quæ nisi opportuna, validaque ratione radentur, maximas in eandem Provinciam turbas, ac ingentia mala, & scandala facile invehere possunt.

§. 2. Hinc est, quod Nos ejusmodi contentionum causam, & occasionem penitus submovere, dictorumque Conventuum, ac Fratrum in eis degentium paci, & tranquillitati, felicique directioni, & incremento, quantum cum Domino possumus, providere cupientes, Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eundem Conventum Carmeli Majoris Civitatis Neapolitan. cum decem ejus Grangiis, nempe de Capodichino, Chiaja, Somma, Nolaum, Pusidipo, Isdan., Puteolan., Ottajano, Gragnano, & Arienzo, necnon quinque alios Conventus de Pomigliano d' Aoro, Castri Maris, Nucerin. Paganorum, Sancti Eliæ, & Suestan. Provinciæ, & Ordinis præfatorum ab eadem Provincia Terræ Laboris tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, ipsosque Conventus cum grangiis hujusmodi, eorumque respective Fratres, & personas quoscumque, cum omnibus, & singulis illorum membris, juribus, & pertinentiis universis ab omni, & quacumque jurisdictione, superioritate, correctione, vilitatione, regimine, cura, & gubernio dilecti Filii moderni, & pro tempore existentis Prioris Provincialis dictæ Provinciæ tam in spiritualibus, quam in temporalibus itidem perpetuo eximimus, & plenarie liberamus; ac eosdem Conventus cum Grangiis prædictis sic separatos, & dismembratos in novam Provinciam dicti Ordinis, quæ Provincia Neapolitan. nuncupari debeat, & Capitula Provincialia pro Prioris Provincialis, Definitorum, aliorumque Officialium ipsius Provinciæ electione, ac Congregatione, aliosque Congressus ad instar aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi celebrare, ac omnibus, & singulis prærogativis, præ eminentiis, Juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & Indultis, quibus alia ejusdem Ordinis Provinciæ tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pariformiter, & absque

ulla prorsus differentia uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus sine cuiusquam præjudicio pariter in perpetuum erigimus, & instituiamus.

§. 3. Quoniam vero Conventus Montis Sancti nuncupat. Neapolitan. Ordinis præfati multis ab hinc annis Acephalus, & independens reperitur, nullaque spes illum Provinciæ Montis Sancti Ditionis Nostræ Ecclesiasticæ dicti Ordinis uniendi subest, dilecto Filio Moderno Priori Generali ejusdem Ordinis præfatum Conventum Montis Sancti dictæ Provinciæ Neapolitan. sic erectæ, & institutæ uniendi, & incorporandi, ac cum ipsius Conventus Fratribus, qui in eo remanere voluerint super eorum Constitutionum reformatarum observantia dispensandi opportunam facultatem Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus tribuimus, & impartimur, statuentes, ut electio Prioris Provincialis, Definitorum, aliorumque Superiorum, & Officialium novæ Provinciæ sic erectæ ad præscriptum Constitutionum, ac juxta morem ejusdem Ordinis ab illis, ad quos spectat rite, ac ordine quam primum celebretur.

§. 4. Decernentes ipsas præfentes Literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præfentes emanarint, sufficienter adductæ, aut verificatæ, & iustificatæ fuerint, aut ex quavis alia quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam quantumvis formali, & substantiali, individuatæque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam notari, aut ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanatio quæpiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præfentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quæcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfate Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliove quoslibet quæcumque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Ordinis, Provinciæ, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, &

Statuuntur  
quædam  
circa Con-  
ventum  
Montis San-  
cti Acephalus.

Clausula  
amplissima.

Cum derogatoris.

locis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individa, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & infererentur, iisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum, harum serie specialiter, & amplissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XVIII. Maij MDCCXXV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

LVII. Decernitur, ut in Ecclesiis Cathedralibus Italiæ, Insularumque adjacentium Præbenda Theologalis, & Canonicus Pœnitentiarius instituat; cum quibusdam Ordinationibus.

*Hujus Const. ed. 1725. Maji 9. P. 1. præscriptum fuit Ordinariis Italiæ Insularumque adjacentium, ut Seminariorum erectionem promoveant deque congruis redditibus provideant.*

Dat. 19. Maji 1725. An. 1.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Pastoralis Officii nostri esse ducimus assiduo, et anxio studio curare, ut universa Sacra Tridentinæ Synodi Deçreta ubique inviolabiliter observentur; Sed eorum præ cæteris executionem strenue promovendam, urgendamque nobis esse arbitramur, ex quibus majorem in Ecclesia Dei utilitatem proventuram fore conspiciamus, ac eos potissimum, quorum opus in prædicatione, & doctrina consistere debet, ut cunctos adificent tam fidei scientia, quam actionum disciplina, excitari maxime posse confidimus ad impensus frequentandam tantopere necessariam Sanctarum Scripturarum lectionem, quas qui nescit, ut Beatus Hieronymus admonet, nescit Dei virtutem, ejusdem Sapientiam; nam ignorantiam Scripturarum, ignorantio Christi est.

§. 1. Cum itaque saluberrimo prædicti Concilii Tridentini Decreto relato in *Cap. 1. Sess. 5. de Reformat.* Cantum sit, ut nedum in Ecclesiis Cathedralibus, sed in Collegiatis etiam Oppidorum insignium, in quibus Præbenda, aut præstimonium, seu stipendium pro Sacra Scripturæ Lectoribus constitutum non reperitur, Præbenda quomodocumque, præterquam ex causa resignationis, primo vacatura ipso facto ad eum usum perpetuo constituta, ac deputata intelligatur; Et quatenus nulla, vel non sufficiens Præbenda foret, Locorum Ordinarii per assignationem fructuum alicujus simplicis Beneficii, debitis tamen ejus supportatis oneribus, vel per contributionem Beneficiorum suarum Diocesium, vel alias prout commodius fieri poterit, ita provideant, ut ipsa Sacra Scripturæ lectio omnino habeatur. Verum ejusmodi provida præfati Concilii dispositio in aliquibus Ca-

thedralibus, sicut non absque gravi animi nostri dolore percepimus, hucusque neglecta, debiteque executioni demandata non fuerit; Hinc igitur est, quod Nos illius executionem pro Pontificiæ vigilantia debito urgere intendentes, Motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione sancimus, decernimus, & mandamus, ut in Cathedralibus quibuscumque Italiæ, Insularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis hæcenus instituta non fuerit, Præbenda primo vacatura post ejusdem præsentis Constitutionis publicationem sive ad nos, Sedemque Apostolicam, sive ad Ordinarium illius collatio, atque provisio pertineat, ipso jure, & absque ulla alia declaratione, sit, ac esse censeatur Præbenda Theologalis constituta.

§. 2. Volumus insuper, ut tam illa, quam reliquæ omnes aliæ Præbendæ Theologales hæcenus constitutæ, & deputatæ conferri semper debeant Doctõri in Sacra Theologia, vel qui infra annum Doctõralem Lauream in eadem facultate suscipiat, & ceteroquin magis idoneo in formali concursu ab Examinatoribus renunciato, eo plane modo, quo Parochiales Ecclesiæ conferuntur. Hunc porro in finem, quotiescumque ejusmodi Præbenda Theologalis conferenda erit, per Edictum publicum vocentur quicumque concurrere, & examini sese subijcere voluerint, coram Episcopo, & quatuor Examinatoribus, etiam si Synodales non sint, ab eodem Episcopo actu eligendis, ac deputandis, in Theologi tamen facultate licentiat, & valde peritis, sive Secularibus, sive Regularibus, & illi, qui in ejusmodi concursu probatus, magisque idoneus renunciatus fuerit, Præbenda conferatur. Quoties autem Præbendæ collatio ad Sanctam Sedem spectabit, Episcopus ad Romanum Pontificem pro tempore existentem acta concursus transmittere teneatur, ut ipse vacantem Præbendam illi assignare, atque conferre possit, quem cæteris digniorem, & magis idoneum in Domino judicaverit. Quod si Episcopus primo vacaturam Præbendam contra formam in præsentis Constitutione præscriptam conferre præsumpserit, vel etiam in aliis occurrentibus casibus eandem formam observare neglexerit; illius collatio, atque provisio ipso jure nulla, & irrita, nulliusque prorsus roboris, vel momenti sit, ac esse debeat, ejusdemque Præbendæ dispositio statim devolvatur, & pertineat ad Sanctam Sedem, & Romanum Ponticem pro tempore existentem, a quo Doctõri in Sacra Theologia conferetur.

§. 3. Cæterum, ut fructus, quem Tridentina Synodus ex Præbendæ Theologalis institutione perceptum iri speravit, omnino re ipsa, & cum effectu percipiatur, volumus, statuimus, & mandamus tertiam partem proventuum dictæ Præbendæ Theologalis ab Episcopo distribui, & proportionabiliter applicari singulis Lectionibus Sacra Scripturæ, quæ a Præbendato, præscriptis diebus, & horis totius anni habendæ erant, itaut si Præbendatus universas Lectiones habuerit, assignatas distributiones integras absque ulla prorsus diminutione consequatur; Si vero in aliqua, vel pluribus Lectionibus defecerit, distributiones neglectis lectionibus respondentes amittat, quæ in Sacristiæ Ecclesiæ beneficium cedant, ac erogentur. In casu autem gravioris contumaciæ Præbendati liceat Episcopo deputare alium Theologum Sacerdotem Seculare, vel Regularem, qui jugiter supplendo ejusdem Præbendati vices, præfatis distributionibus potiatur.

§. 4. Quoniam vero nonnulli Episcopi, sicut accepimus,

Constitutio prædicta pro Præbenda Theologalis motu proprio edita.

Nonnullæ hæc super re ordinationes.

Consultur executioni officii Præbendæ Theologalis.

Statuuntur quædam pro

accepimus,

A Concilio Trident. jam pridem præfate Præbendæ Theologalis institutioni consultum.

Causæ præfatis Constitutionis.

conficiendo congruo annuo reddito hujus Præbendæ.

accepimus, ut propriæ incuriæ aliquod velamen obtendant, dilata erectionis ejusmodi Præbendæ Theologalis causam in tenuitatem, ac insufficientiam Præbendarum suarum Ecclesiarum referre solent; Nos omnem de cætero prætextum, siue excusationem e medio tollere, ac penitus eliminare volentes, motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus decernimus, statuimus, atque præcipimus, quod ubi Præbendæ Theologalis, computatis etiam distributionibus quotidianis, ad annum saltem reddituum scutorum sexaginta monetæ Romanæ non ascendat, pro summa ad hanc Taxam conficiendam deficiente iidem Episcopi unire possint, & debeant eidem Præbendæ aliquod simplex Beneficium, cujus supplemento prædicta summa conficiatur, primo vacaturum in quocumque mense, & qualitercumque, ac quomodocumque Sedi Apostolicæ affectum, & reservatum, ita tamen ut a tali unione illa omnia Beneficia, quæ pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, Papæ Familiaribus, Nunciis Apostolicis, atque Prælati Congregationum, quibus iidem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales intersunt, Secretariis in alia Constitutione ad promovendam Seminariorum erectionem novissime per Nos condita peculiariter reservavimus, perpetuo reservata, & excepta sint, ac esse intelligantur, & quidquid secus fieri contingeret, ex nunc prorsus irritum, ac inane, nulliusque roboris, vel momenti esse, ac fore decernimus, & declaramus.

Idem quod supra sancitur pro institutione Canonici Pœnitentiarii.

§. 5. Postremo quæcumque hæcenus de Præbenda Theologica, & Sacræ Scripturæ Lectione sancivimus, extendimus etiam, ac adamussum observari volumus, & mandamus (congrua tamen congruis referendo) quoad institutionem Canonici Pœnitentiarii in illis Cathedralibus, in quibus nondum fuerit institutus, ejusque honestam sustentationem, concursum, deputationem, omniaque alia ad illius officium pertinentia; ac præter illa, quæ a nobis superius disposita sunt, ea insuper, quæ Tridentina Synodus Cap. 8. Sess. 24. de Reformat. de hujus Ministri qualitate, ætate, ac exemptione a servitio Chori constituit, exacte observari decernimus, præcipimus, & mandamus.

Claufulæ.

§. 6. Decernentes etiam præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon præmissa omnia, & singula in illis contenta per eos, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit perpetuo inviolabiliter observari: sicque, & non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quæcumque potestate fungentes, & functiones, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane quidquid secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatoriæ peculiares.

§. 7. Non obstantibus quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis quibuscumque, aliisque Apostolicis, etiam in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis ad favorem quarumcumque personarum editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, ac Institutorum, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, & quibusvis aliis sub quibuscumque

verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, vel aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Mandatur publicatio præsentium literarum.

§. 8. Ut autem præsentis literæ ad omnium noticiam facilius deveniant, & nemo illarum ignorantiam allegare valeat, volumus illas, seu earum exempla ad Valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, necnon Cancellariæ Apostolicæ, Curieque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est affigi, & publicari, sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare, & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimata fuissent: Utque earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ubique fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Infiguntur pœnæ in contraventores.

§. 9. Nalli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum sanctionis, institutionis, præcepti, voluntatis, mandati, decreti, & derogationis, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto, XIV. Kal. Junii Pontificatus nostri Anno Primo.

Erigitur Conventus Carmeli Majoris Ordinis Carmelitarum Provinciæ Neapolitanæ in Collegium Studii generalis pro Provinciis Regni Neapolitani ejusdem Ordinis; cum quibusdam legibus.

LVIII.

Hujus Const. ed. 1725. Maji 18. P. I. idem Conventus cum aliis quibusdam erectus fuit in Provinciam Neapolitanam distam.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Dat. 22. Maji 1725. An. 1.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX commisso Nobis divinitus Pastoralis sollicitudinis munere, sacrarum literarum, ac laudabilium disciplinarum studia, præsertim inter Christianifideles Divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo addictos opportunis rationibus excitamus, & promovemus, sicut matura deliberatione adhibita, ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis decus, & incrementum, ac Catholicæ fidei præsidium, & propagationem salubriter expedire in Domino arbitramur.

Exordium.

§. 1. Nuper siquidem ad sedanda animorum dissidia, quæ inter Fratres Provinciæ Terræ Laboris in Regno Neapolitano Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo intercedebant Conventus Carmeli majoris nuncupat. Civitatis Neapolitan.

Alias nuper Conventus prædictus cum quibusdam aliis a Provinciæ Terræ Laboris d. Or-

1725.  
dinis difmem-  
brati, in no-  
vam Provin-  
ciam ab hoc  
Pontifice ere-  
cti fuerit.

Erectio ejuf-  
dem Con-  
ventus in  
Collegium  
Studii Gene-  
ralis.

Leges præd-  
pro directio-  
ne ejufdem  
Collegii.

politani. cum decem ejus grangiis; necnon quinque alios Conventus, scilicet de Pomisiliano, d'Arco, Caftri Maris, Sancti Eliæ, & Sueslan. Provincia, & Ordinis prædictorum ab eadem Provincia Terræ Laboris perpetuo separavimus, & difmembravimus, ipsosque Conventus cum Grangiis prædictis sic separatos, & difmembratos in novam Provinciam dicti Ordinis, qua Provincia Neapolitan. nuncupari deberet, cum omnibus privilegiis, & prærogativis ad instar aliarum ejusdem Ordinis Provinciarum in perpetuum ereximus, & instituímus, & alias prout in Nostris desuper in simili forma Brevis die 19. currentis mensis expeditis Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Nunc autem, ut sacrarum, eisque ancillarum bonarum literarum studia, non minus in prædictis duabus, in reliquis quatuor fratrum ejusdem Ordinis Provinciis in Regno Neapolitano consisten., Apulia nempe, Calabria, Viti, & Aprutii in futurum vigeant, quantum cum Domino possumus providere cupientes, memoratum Conventum Carmeli Majoris Civitatis Neapolitan. in Collegium Studii generalis pro omnibus sex Provinciis præfatis, illorumque fratribus auctoritate Apostolica tenore præsentium eidem perpetuo erigimus, & instituímus cum infra scriptis pro recta, & felici ipsius Collegii studii Generalis constitutione, & directione legibus, nimirum.

I.  
§. 3. Primo. Che d'ogni Provincia siano affigliati al Collegio tre Maestri, e tre Padri semplici dei migliori, che siano nelle sudette Provincie, e di tutti questi, cioè diciotto Maestri, e diciassette Padri semplici, si deve componere il consiglio del Convento dovranno aver voce in tutte l'elezioni, e Conclusioni Capitolari del medemo.

II.  
Secondo. Che d'ogni Provincia siano affigliati al Collegio sei Laici de più capaci a servire.

III.  
§. 4. Terzo. Che l'affigliatione de' Maestri, Padri semplici, e Laici, si devono fare in questa forma. Per ogn'uno d'affigliarsi il Difinitorio della Provincia congregato deve proporre alli Padri del Consiglio parimente per vota secreta, delli tre nominati ne devono eleggere uno per figlio del Collegio. E questo si deve fare ogni volta, che o per morte, o per altra causa, mancherà qualcheduno dell'affigliati.

IV.  
§. 5. Quarto. Che per la prima volta abbia da eleggere l'Affigliati il Generale colla facultà di eleggerne alcuni di quelli, che attualmente sono figli del Carmine Maggiore a nome delle Provincie, che giudicarà più conveniente: e ciò per usare equità colla sudetti figli, ed in specie colli vecchi.

V.  
Quinto. Che ogn'una delle sei Provincie vi debba mandare allo studio sei Studenti dei più capaci, da nominarsi dal loro Difinitorio Provinciale congregato, a quali Studenti le stesse Provincie dovranno somministrare un vestiario competente, a fine di potersi mantenere senza interrompere lo studio con andare a predicare la Quaresima.

VI.  
Sesto. Che terminato tutto il corso de' studj, li sudetti Studenti dovranno ritornarsene alle loro Provincie, ed essere preferiti agl'altri nella provisione delle Cattedre.

VII.  
§. 6. Settimo. Che nel Collegio vi debbano essere, un Prefetto di studj con obbligo di spiegare la Sagra Scrittura, un Reggente per la Teologia Scolastica, uno per la Polemica, un Lettore per la Morale, ed uno per la Filosofia, e tutti saranno tenuti a leggere di continuo, e oltre le solite vacanze dell'Estate, il

Prefetto, ed il Lettor Morale due volte la settimana, gl'altri ogni giorno levate le Feste, e Giovedì.

VIII.  
Ottavo. Che il Prefetto, Reggenti, e Lettori siano provisti di Vestiario sufficiente dallo stesso Collegio, a fine di potersi mantenere, senza interrompere le lezioni con andare a predicare la Quaresima.

IX.  
§. 7. Nono. Che l'elezioni del Priore, Sottopriore, Sagrestano, Procuratore, Depositario, ed altri Officiali del Collegio, si doveranno fare da due anni in due anni dalli trentasei Padri del Consiglio per vota secreta; con questo, che vi sia il Turno per l'affigliati da tutte sei le Provincie; in modo però, che uno Officiale sia dell'affigliati da una Provincia, un altro dall'altra, nè mai due delli sopradetti Officiali si dovranno trovare in due affigliati dalla stessa Provincia. Tolto nella prima provisione da farsi dal Padre Generale sin tanto, che il Collegio sia provisto di sogetti Capaci a tali Cariche.

X.  
Decimo. Che li sei Clavarii, sei Discreti, si dovranno parimente eleggere da due anni in due anni nel tempo stesso, che si eleggono gl'altri Officiali, e dovranno essere uno per Provincia delli stessi affigliati.

XI.  
§. 8. Undecimo. Che il Generale deve presiedere, sive per se, sive per alium in tutte le accennate elezioni, quali terminate, o il Generale, o il Presidente da lui destinato, deve immediatamente visitare il Collegio, e fare rinovare l'Inventario di tutto, e ciò deve essere fra lo spazio di soli quindici giorni.

XII.  
Duodecimo. Che il Priore colli suoi Officiali devono da tre mesi in tre mesi bilanciare lo stato del Collegio in presenza degli altri Affigliati, che hanno voce, e mandarlo al Generale sottoscritto da tutti li Padri del Consiglio.

XIII.  
Tredicesimo. Che li Maestri affigliati al Collegio possino intervenire colla voce attiva, e passiva alli Capitoli Provinciali, che si celebreranno nelle loro rispettive Provincie, e che non andano, anche assenti possino essere eletti Provinciali.

XIV.  
Quartodecimo. Oltre anche i Maestri, e Studenti, siano obligati intervenire agli atti comuni, & in specie andare al Coro, non osante qualsivoglia consuetudine in contrario; eccetto quelli, che attualmente, o leggono, o predicano.

§. 9. Decernentes presentes literas, & in eis contenta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & exacte observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, Provinciarum, & Conventuum prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Clausula:

Cum derogatoriis.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XXII. Maji MDCCXXV. Pontificatus nostri Anno Primo.

LIX.

Confirmatur Constitutio Pii IV. super erectione Ecclesiæ Urbinatensis in Metropolitanam, & subiectione eidem Ecclesiæ Eugubinæ; quæ iterum prædictæ Urbinatensi Ecclesiæ perpetuo subiecta declaratur.

*Diſta Pii Constitutio hic inserta edita fuit 1563. Junii 4. P. 4. & hujus Const. ed. 1726. Sept. 12. P. 3. erigitur in Sedem Archiepiscopalem Cathedralis Lucen.*

Dat. 23. Maji 1725. An. 1.

BENEDICTUS EPISCOPUS

*Servus Servorum Dei. Ad futuram rei memoriam.*

Prooemium.

Circumspecta Romani Pontificis providentia iis, quæ rationabilibus suadentibus causis pro Christianissimorum utilitate, salubrique, & prospera Ecclesiarum, præsertim Cathedralium, ac Metropolitanarum directione a Prædecessoribus suis laudabiliter disposita, & constituta fuisse dignoscuntur, ut eo firmiter illibata permaneant, quo sæpius fuerint Apostolicæ Sedis communita præsidio, libenter suæ approbationis, atque confirmationis robur adjicit, & si quando ob rerum, ac temporum varietatem, vel exorta dissidia, debitæ executioni ex integro demandata non fuerint, & instaurat, ac de novo decernit, excitas controversas dirimit, interjecta impedimenta e medio tollit, & alias Apostolicæ auctoritatis partes desuper interponit, prout omnibus circumstantiis mature perpensis, eorumdem fidelium salutis, & commodis, Ecclesiarumque prædictarum, ac illis præpositorum Sacrarum Antistitum pacifico, & tranquillo statui conspicit in Domino salubriter expedire.

Alias a præfato Pio IV. Ecclesia Urbinatensis in Metropolitanam erecta fuit; eique Eugubina Ecclesia inter alias subiecta.

§. 1. Sane olim fel. recor. Pius Papa IV. Prædecessor noster secum reputans Ecclesiam Urbinatensem Sedi Apostolicæ immediate subiectam inter alias illarum partium Cathedrales Ecclesias insignem, ac nobilem, necnon Urbini Civitatem Ducatus titulo, egregiarumque personarum multitudine, & Cleri, Populique frequentia decoratam, Metropolitana prælatione merito dignam existere, habita prius desuper cum Venerabilibus Fratribus nostris, tunc suis S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de eorum consilio, eandem Urbinatensem Ecclesiam in Metropolitanam cum omnimoda Jurisdictione, & superioritate, necnon Pallii, & Crucis delatione, aliisque Metropolitanis Insigniis, perpetuo erexit, ac instituit, illique Calliensem, Senogallensem, Pisaurensem, Forosempronensem, Feretranam, & Eugubinam Sedi præfate similiter immediate subiectas, & in Ducatu Urbinatensi consistentes Ecclesias, cum earum Civitatibus, & Diocæsisbus pro sua Provincia, illarumque Præsules pro tempore existentes pro suis suffraganeis Episcopis, necnon Capitula, Clerum, & Populum earumdem pro suis Provincialibus, videlicet Callien., Senogallien., Pisaurensem, Forosempronensem, & Feretran. Ecclesias, ipsorum Episcoporum ad hoc expresso accedente consensu: Eugubinam vero, postquam tunc existentis Episcopi Eugubini, & Cardinalis Jacobi de Sabellis nuncupati, cui regressus, seu accessus, & ingressus ad ipsam Eugubinam Ecclesiam in certos tunc expressos eventus Apostolica auctoritate reservatus fuerat, accessisset assensus, alias

eiusdem Ecclesiæ Eugubinæ vacatione pro tempore occurrente perpetuo concessit, & assignavit, necnon univeros prædictos Præsules quo ad omnia Metropolitanica Jura existentia pro tempore Archiepiscopo Urbinatensi subiectos esse, & tanquam membra capi, obsequi, ac de Archiepiscopalis Juribus per eos responderi debere voluit, & mandavit, quemadmodum uberius continetur in literis Apostolicis a prædicto Pio Prædecessore desuper editis, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Pius Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Super univeras Orbis Ecclesias, eo disponente, qui cunctis imperat, & cui omnia obediunt, meritis licet insufficientibus a Domino constituti levamus in circuitu Agri Domini oculis nostræ mentis more pervigilis Pastoris inspecturi quid Ecclesiarum ipsarum, præsertim Cathedralium insignium, statui, & decori congruat, quidve operis circa illas, earumque statum prosperum, & felicem impendi debeat, & divino fultu præsidio, quo cuncta ex sui benignitate pro Populorum suorum fidelium salute disponuntur, ad ea quæ statui Ecclesiarum hujusmodi congrunt, nostrique officii partes salubriter, & utiliter impendere curamus, prout etiam Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium expocit devotio, Nosque in Domino conspiciamus expedire.

§. 3. Sane considerantes Ecclesiam Urbinatensem Sedi Apostolicæ immediate subiectam, cui Venerab. Frater noster Felix Episcopus Urbinaten. præesse dignoscitur, & ad quam alias regressus, seu accessus, & ingressus per celsum, vel decessum dicti Felicis Episcopi, ac forsan in certos alios tunc expressos eventus, Dilecto filio nostro Julio S. Petri ad Vincula Diacono Cardinali de Urbino nuncupato Apostolica auctoritate concessus existit, inter alias illarum partium Cathedrales Ecclesias insignem, ac nobilem, necnon Civitatem Ducatus titulo, egregiarumque Personarum multitudine celebrem, ac Cleri, & Populi numerositate decoratam, Metropolitana prælatione merito dignam existere; Quodque si Ecclesia ipsa Urbinaten. in Metropolitanam, & in ea una Archipresbyteratus nuncupandæ Dignitates erigerentur, necnon Callien., Senogallien., Pisaurensem, Forosempronien., Feretran., & Eugubin., etiam Sedi præfate immediate subiectæ, & in Ducatu Urbinatensi consistentes Ecclesiæ illi Metropolitanico jure subijcerentur, non solum Ecclesiæ, ac Civitatis, & Ducatus Urbinaten. decori, ac venustati; sed etiam Callien., Senogallien., Pisaurensem, Forosempronien., Feretran., & Eugubinæ Ecclesiarum prædictarum, ac illis pro tempore præsidentium Prælatorum, necnon dilectorum filiorum Cleri, & Populi Civitatum, & Ducatus earumdem commoditatibus, & utilitatibus plurimum consulere.

§. 4. Ex his, & nonnullis aliis rationabilibus causis, præfate Julio Cardinali, qui Mensæ Episcopali dictæ Ecclesiæ Urbinaten. ultra illius fructus annuos 500., & Archipresbyteratu 100. & Decanatu præfatis alia 100. scuta ex bonis suis patrimonialibus pro illorum dote, annuatim donavit, & assignavit, hoc summpere desiderante, ac nobis desuper supplicante: habita super his cum Venerabilib. Fratrib. nostris deliberatione matura, ad Omnipotentis Dei laudem, & honorem, necnon totius Militantis Ecclesiæ Gloriam, prædictam Ecclesiam Urbinatensem in Metropolitanam cum Archiepiscopali dignitate, ac omnimoda Jurisdictione, & superioritate, necnon Pallii, & Crucis delatione, ac aliis Metropolitanis Insigniis, necnon in ea unum Archipresbyteratum pro uno Archipresbytero, ac unum Decanatum, quæ inferiores inibi dignitates existant pro uno Deca-

no, qui

Constitutio præd. Pii IV.

Causa, quæ præd. Pont. impulerunt.

Erectio præfate Ecclesiæ Urbinatensis in Metropolitanam; cum subiectione eidem nonnullarum Ecclesiar. inter alias Eugubina.

no, qui post Præpositum, & Archidiaconum, ac ante omnes Canonicos ejusdem Ecclesiæ Urbinaten. Stallum in Choro, locumque, ac vocem in Capitulo ipsius Ecclesiæ habeant, de ipsorum fratrum consilio, & auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo erigimus, & instituimus, ac eidem Ecclesiæ Urbinaten., Calliensem, Senogallien., Pisauran., Forosempronien., Feretran., & Eugubin. Civitates, & Diocæses cum illarum districtu, ac Territorio pro ejus Provincia, ac Præsules pro tempore existentes pro suis suffraganeis Episcopis, necnon dilectos filios Capitula ipsarum Callien., Senogallien., Pisauran., Forosempronien., Feretran., & Eugubin. Ecclesiarum, ac Clerum, & Populum Callien., Senogallien., Pisauran., Forosempronien., Feretran., & Eugubin., Civitatum, & Diocesium pro suis Provincialibus Callien., videlicet, & Senogallien., Pisauran., Forosempronien., & Feretran. ex nunc Venerabilium Fratrum nostrorum Callien., Senogallien., Pisauran., Forosempronien., & Feretra. Episcoporum ad hoc expresso accedente consensu: Eugubinam vero Ecclesiam præfatas ex nunc, prout ex tunc, & e contra, cum Venerabilis Fratris nostri Mariani Episcopi Eugubin., & (cui alias, regressus, seu accessus, & ingressus ad ipsam Ecclesiam Eugubin. in certos tunc expressos eventus dicta auctoritate concessus fuit) dilecti filii nostri Jacobi S. Mariæ in Cosmedin. de Sabellis nuncupati accesserit assensus, alias ipsius Ecclesiæ Eugubin. vacatione pro tempore occurrente, perpetuo concedimus, & assignamus, necnon Mensæ Episcopali Ecclesiæ Urbinaten. hujusmodi 500., & Archipresbyteratui 100., ac Decanatu præfatis alia 100. scuta per dictum Julium Cardinalem, ut præfertur, donata, & assignata, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus. Necnon eosdem Præsules, Clerum, & Populum, quo ad omnem Metropolitanam, Archiepiscopalem Superioritatem, Jurisdictionem, & Jura pro tempore existenti Archiepiscopo Urbinaten. subiectos esse, & tanquam membra capiti obsequentes, ac per eos de Archiepiscopalibus Juribus responderi debere volumus.

Claufula.

§. 5. Decernentes ex nunc irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum erectionis, institutionis, concessionis, assignationis, applicationis, appropriationis, voluntatis, & Decreti, infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ MDLXIII. Pridie nonas Junii Pontificat. nostri Anno IV.

Narrantur ordine controverfæ omnes hinc ortæ Urbinateni inter, & Eugubina Ecclesiæ.

Principio a Mariano Episcopo, & Cardinale de Sabellis nuncquam erectioni assensus præstitus.

§. 6. Expeditis itaque, editisque a Pio Prædecessore præsertis literis Apostolicis, ac Urbinatenfis Ecclesiæ ad Metropolitanam dignitatem, & præminentiam evecta, omnes, & singuli in eisdem literis designati Episcopi, & suffraganei constituti, præterquam Episcopus Eugubinus, & Cardinalis de Sabellis Eugubina Ecclesiæ Reservatarius hujusmodi Erectioni Ecclesiæ Urbinaten. in Metropolitanam per se, vel Procuratores ad id ipsi specialiter deputatos expresse, sicut asseritur, consenserunt, & subinde Archiepiscopum Urbinatensem, ut verum, proprium, atque legitimum Metropolitanam agnovērunt, debitamque subjectionem illi, tanquam membra capiti præstiterunt, & adhuc quiete, ac pacifice, absque ulla profus querela, aut contradictione præstant, memoratus autem

Eugubina Ecclesiæ Episcopus, tunc Marianus de Sabellis, non modo antedictæ erectioni assensum, ut desertur, non præbuit, sed suæ insuper Ecclesiæ libertatem, & antiquam immediatam Sedi Apostolicæ subjectionem tueri fatagens, cum anno 1568. juxta Sacr. Tridentini Concilii dispositionem pro Synodo Provinciali Urbinatensem Metropolim elegisset, ejusmodi electionem facere declaravit, ac solemniter protestatus fuit, salva in omnibus præfata Ecclesiæ Eugubina exemptione, ac immediata summo Pontifici subjectione, itaut per hunc actum eidem Ecclesiæ nullum unquam præjudicium irrogetur, & non alias, aliter, nec alio modo.

§. 7. Verumtamen postquam præfati Marianus Episcopus, & Cardinalis de Sabellis Reservatarius ex hac mortali vita migrarunt, Urbinatenfes Archiepiscopi existimantes ex præscripto memoratæ Piæ Constitutionis non amplius requiri consensum Præsulis Eugubini, illico jus Metropolitanum in Eugubina Civitate, ejulque Diocæsi exercere cœperunt, atque multiplices tam voluntariæ, quam contentiosæ Jurisdictionis actus, ut expositum Nobis fuit, utrobique pacifice exercuerunt, & causas præsertim appellationum a Curia Episcopali Eugubina pluries cognoverunt, & judicarunt; Quin etiam ipsimet Eugubini Præsules per ea tempora sese Archiepiscopi Urbinatis suffraganeos aperte facti fuerunt, nam pluries occasione provisionis ejusdem Eugubina Ecclesiæ a Summo Romano Pontifice sibi expediti curarunt literas commendatitias nuncupatas, quibus præfato Archiepiscopo mandabatur, ut eosdem Præsules, Ecclesiamque illis commissam suffraganeam suam benigne respiceret, eosque pro Sedis Apostolicæ reverentia propensius commendatos haberet; ac insuper unus ex eisdem Episcopis in binis relationibus Status Ecclesiæ Eugubina juxta Constitutionem piæ itidem me. Sixti Papæ V. Prædecessoris nostri Congregationi Venerabil. Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium Concilii Tridentini interpretum oblatis, eandem Ecclesiam memorato Archiepiscopo Urbinatenfi subiectam esse dilerte affirmavit.

§. 8. Hæc autem omnia, sicut accepimus, contigerunt ab obitu prædicti Mariani Episcopi usque ad annum circiter 1660. Quo sane anno Alexander Sperellus tunc Episcopus Eugubinus studiis indulgens illorum Civium, qui Urbinate Metropolitano subesse ægro animo patiebantur, debitam, & usque ad illud tempus præstitam eidem Metropolitanæ subjectionem detragere constituit. Quocirca Archiepiscopus Urbinas, tunc Jacobus de Angelis, postea S. R. E. Cardinalis, ut suum jus Metropolitanum tueretur, adito Cameræ nostræ Apostolicæ Generalis Auditoris Tribunali, productisque in eo præsertis literis Apostolicis Pii Prædecessoris, Monitorium consuetum super earum observatione sibi concedi, & Eugubino Episcopo deinde præsentari curavit. Cumque idem Episcopus circa initium sequentis anni 1661. prædicto Monitorio se opposuisset, Archiepiscopus intermissa intentati iudicii prosecutione, recursum habuit ad re. me. Alex. PP. VIII. Prædecessorem pariter nostrum, a quo rescribi obtinuit præfata Congregationi S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilii Interpretum, ut hujusmodi causam summarie, & sine figura iudicii, prout de jure cognosceret, ac terminaret. Proposita igitur paulo post in eadem Congregatione, ac mature discussa præfata controversia, cum plures, & graves hinc inde fuissent excitatæ difficultates, definita non fuit, & adhuc ibidem pendet indecisa.

§. 9. Interea vero etsi Archiepiscopi Urbinatenfes, ne suis juribus cessisse viderentur, Metropolitanica omnia in Eugubinos exercere studue-

Post hujus obitum Urbinatenfes Archiepiscopi. jus Metropolitanum in Eugubina Diocæsi pacifice exercuerunt.

Dentio anno 1660. sub Alexand. Sperello Episc. Eugubino orta contr. versis. quæ Cong. Concilii remissa, definita non est.

Deinceps semper indecisa mansit.

rint, hi tamen parere semper detraharunt. Quamobrem in novissima Ecclesie Eugubinae propositione habita in Consistorio die 11. Aprilis 1707. pia me. Clemens PP. XI. Prædecessor etiam noster, cui cæteroquin Archiepiscopi Urbinatis jura satis nota, atque conspecta erant, ne in Patriam indulgentior videretur, pro eximia animi sui moderatione enunciati permisit prædictam Ecclesiam esse Sedi Apostolicæ immediate subjectam; Simul tamen præfati Urbinatenfis Archiepiscopi rationibus consultum volens aperte declaravit, & in literis Apostolicis exprimi voluit se per hoc non intendere juribus Ecclesie Metropolitanæ Urbinatenfis circa prætensum Jus Metropolitanicum quomodolibet competentibus in aliquo præjudicare, & Nos ipsi huic inhærentes exemplo, ac eadem plane mente, Venerabilem Fratrem Fabium hodiernum Episcopum Eugubinum ad Concilium Romanum, quod nunc maxime, benedicente Domino, celebramus, tamquam Ecclesie in Romana Provincia constitutæ Præsulem evocari, ejusque Sessionibus, atque etiam præsynodalibus Congregationibus coram Nobis pluries habitis interesse volumus, & mandavimus, tametsi ex iis, quæ hac eadem occasione tam pro parte Archiepiscopi Urbinatis, quam pro parte Episcopi Eugubini, etiam scripto, prolixè Nobis exposita fuerunt Archiepiscopi Jura potiora, solidioribusque fundamentis innixa viderentur.

Causæ præsentis Constitutionis.

§. 10. Nunc autem pro ea, quam gerimus omnium Ecclesiarum sollicitudine attente considerantes incommoda, perturbationes, atque dispendia, tum etiam offensiones, & scandala, animarumque pretiosissimo Christi Sanguine redemptarum detrimenta, quæ ab hujusmodi inter Sacros Antistites excitatis dissidiis promanare solent, inter quos cæteroquin pacis tranquillitatem, charitatis fervorem, & concordie studium vigere maxime decet, necnon animo reputantes non modo congruere, verum etiam summopere æquum, justumque esse, ut ea, quæ ab Apostolicæ Sedis auctoritate, ac providentia maturo, seduloque præmissio examine, semel sancita, & constituta fuerunt, integrum, omnimodumque consequantur effectum, ac insuper amplitudinem, & præstantiam respicientes antedictæ Civitatis nostræ Urbinatenfis, quæ præter Archiepiscopalem, qua insignita refulget dignitatem omni tempore totius Urbinatenfis Ducatus Princeps, & Caput exitit, illustriumque Virorum copia perpetuo floruit, quæque nostris præsertim diebus antiqua sua decora, & laudes majorem in modum auxit, immo ad summum extulit culmen, cum felicem, faustumque dederit ortum natalibus nedum memorati Clementis Prædecessoris, qui Catholicam Ecclesiam diu per sancte gubernavit, sed duorum etiam illius ex Germano Fratre Nepotum, videlicet Dilecti filii nostri Annibalis Tit. S. Clementis Presbyteri S. R. E. Cardinalis Albani S. Clementis nuncupati, ejusdemque S. R. E. Camerarii, & Dilecti pariter Filii nostri Alexandri S. Mariæ in Cosmedin. Diaconi S. R. E. itidem Cardinalis Albani nuncupati, qui fidelem, sedulamque operam in regimine universalis Ecclesie Nobis jugiter impendere non desistunt, suisque præclaris virtutibus communi eorum Patriæ non modicum splendorem, ac ornamentum adjiciunt: Quibus plane conspicuis ejusdem Civitatis nostræ Urbinatenfis prærogativis adducti, non ita pridem illius Metropolitanæ Ecclesie quatuor Dignitatibus, & quindecim Canonicis præsentibus, & futuris, ut tam in Civitate, quam in Diocesi Urbinatenfi, absente, vel præsentem Archiepiscopo, sive interveniente Ditionis Urbinaten. S. R. E. prædictæ de Latere Legato in Missis, Vesperis, & Laudibus solemniter decantandis, ac etiam in processionibus,

cæterisque omnibus Ecclesiasticis functionibus, in quibus Sacra adhibentur paramenta, Mitra, aliisque Indumentis, & paramentis tantum ad instar Abbatum usum Mitræ habentium, uti libere, ac licite possint perpetuo concessimus, & indulgimus; Eisque præterea, ut in eorum armis, atque insigniis Mitram apponi facere, & addere valeant, licentiam pariter, & facultatem benigne impertiti sumus, quemadmodum in literis Apostolicis anno Incarnationis Dominicæ 1724. tertio Idus Augusti a Nobis desuper expeditis plenius, ac uberius continetur.

§. 11. Hinc igitur est, quod Nos prædictam inter Venerabiles Fratres Archiepiscopum Urbinaten., & Episcopum Eugubinum vigentem controversiam pro paternæ nostræ vigilantie debito profus evellere, & submovere, ac ut nullis unquam futuris temporibus fuscitari possit, opportune providere cupientes, illiusque circumstantias, statum, & merita, necnon dictorum Præsulum, & quorumcumque aliorum interesse habentium Jura, actiones, rationes, & prætenfiones, earumdemque Ecclesiarum qualitates, situationes, & confinia, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessario exprimenda, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, eandem controversiam in statu, & terminis, in quibus modo reperitur, a memorata Congregatione S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, necnon ab Auditoris Generalis Causarum Camerae nostræ Apostolicæ, & quibuscumque aliis Tribunalibus, in quibus eam forsan agitari contingeret, cum omnibus, & singulis ejus incidentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis, totoque negotio principali, Apostolica Auctoritate tenore præsentium ad Nos avocamus, illamque penitus, ac omnino supprimimus, extinguimus, & abolemus, præfatisque Archiepiscopo Urbinatenfi, & Episcopo Eugubino, necnon Capitulis, & Canonicis earumdem Ecclesiarum, omnibusque aliis, & singulis personis in lite, & Causa prædictis interesse habentibus, seu quomodolibet habere prætendentibus, perpetuum, ac inviolabile silentium imponimus.

Prædicta controversia penitus aboletur.

§. 12. Præterea motu proprio, ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione præinsertas Pii Prædecessoris literas, ac omnia, & singula in eis contenta, atque disposita amplissime confirmamus, approbamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis nostræ vim, robur, atque munimen adjicimus, ac quatenus opus sit, easdem literas adversus quemcumque non usum, seu contrarium usum, qui quoquo modo prætendi posset, restituimus, pristinumque in statum reponimus, ac plenarie reintegramus, easque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, ac præsertim a moderno, & pro tempore existente Episcopo Eugubino, in posterum inconcasse, ac irrefragabiliter observari volumus, præcipimus, & mandamus.

Confirmatur relata Pii IV. Constitutio.

§. 13. Ad hæc, ut omnis ansa, & fomentum quibuscumque ulterioribus litibus, & contentio-nibus de cætero præcidatur, ac profus & medio tollatur, præfatos Episcopum Eugubinum, ejusque Clerum, & Populum (etiamsi Præsulis Eugubini consensus erectioni præfate Metropolitanæ Urbinaten. numquam accesserit, & propter hunc, vel alios quantumvis substantiales defectus, Piana Constitutio prædicta in Civitate, & Diocesi Eugubina nunquam usu recepta, nec observata fuerit) Archiepiscopo Urbinati pro tempore existenti subjectos esse, & tanquam membra Capiti, morem gerere, ac per eos de Archiepiscopali Juribus responderi debere

Denuo Eugubina Ecclesia Archiepiscopo Urbinati subjecta declaratur cum quibusdam ordinationibus.

motu, scientia, ac potestatis plenitudine similibus volumus, decernimus, statuimus, & declaramus; Quin etiam ad majorem, & abundantiorē cautelam prædicti consensus defectum quatenus de Jure necessario requireretur; Apostolica auctoritate tenore presentium supplemus, & præfatam Episcopum, ejusque Clerum, & Populum Urbinati Archiepiscopo quoad omnia Jura Metropolitana supra enunciata motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus de novo subjicimus, & subiectos esse volumus, & quatenus opus sit, Civitatem, & Diocesim prædictas a Provincia nostra Romana perpetuo separamus, avellimus, & dismembramus, illasque præfatæ Metropolitanæ Urbinaten. in perpetuum attribuimus, concedimus, & assignamus, ac pro separatis, avulsis, & dismembratis, ac respective attributis, concessis, & assignatis, ut supra, haberi volumus, & mandamus, itaut modernus, ac pro tempore existens Archiepiscopus Urbinas de cætero in Civitate, & Diocesi Eugubina prædictis omnia, & singula Jura metropolitana pacifice exercere, ac Episcopum Eugubinum, ut suæ Ecclesiæ suffraganeum consecrare, ad Synodum Provinciale evocare, cæteraque omnia ad Archiepiscopum munus, & officium de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet spectantia, & pertinentia, facere, gerere, procurare, administrare, & exequi libere, ac licite valeat, & vicissim modernus, ac pro tempore existens Episcopus Eugubinus prædicto Archiepiscopo, tanquam membrum Capituli obsequentes ad omnia, & singula teneatur, & obligatus sit, ad quæ alii suffraganei suis Ecclesiis Metropolitanis, & Archiepiscopis Metropolitanis de Jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet tenentur, & obligati existunt, quæque cæteri omnes Suffraganei, quos Pius Prædecessor in antedictis literis Urbinatenf. Metropolitanis concessit, & assignavit, hæcenus pacifice præsterunt, & præstant, prædictamque Eugubinam Ecclesiam deinceps, & perpetuis futuris temporibus inter alias suffraganeas memoratæ Metropolitanæ Urbinaten. annumerandam, & censendam, & sub ipsa Provincia Urbinaten. comprehensam, & nullatenus ab ea exemptam, nec Sedi Apostolicæ immediate, sed Archiepiscopo præfato quoad Archiepiscopalia, Metropolitana, & Provincialia Jura, & Jurisdictiones subiectam esse, & fore sancimus, præcipimus, & mandamus.

Clausulæ peculiare.

§. 14. Decernentes pariter easdem presentes literas semper, & perpetuo validas, firmas, ac efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quantumvis legitima, & Juridica, etiam ex eo, quod aliqua ex præmissis, narratis, ac expositis non subsisterent, & Episcopus, Capitulum, & Canonici dictæ Ecclesiæ, Eugubinæ, & quicumque alii cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existant in præmissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, titulo, & occasione Jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, illis non consenserint, aut ad ea vocati, & auditi, & causæ, propter quas eadem presentes emanarint in Consistorio nostro, vel alibi, vocatis vocandis, & prævis debitis tractatibus, ac servatis, & adhibitis solemnitatibus, & aliis de Jure, vel consuetudine, vel juxta Constitutiones, & Ordinationes Apostolicas, aut Ecclesiæ prædictæ Statuta, privilegia, & Indulta, etiam Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, aut alias quomodolibet requisitis, & in similibus necessariis examinata, verificata, ac justificata non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, vel inten-

tionis nostræ, aut Jus, vel Interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem, ac expressionem requirente defectu, sive etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, & quævis alia de Jure servanda, & adimplenda, servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite a Jure, Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissima, totalisque læsionis, aut quocumque colore, prætextu, ratione, vel causa, etiam in corpore Juris clausa, & quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, & tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra, & aliis superius expressis nullibi appareat, nec alias probari possint, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperiitionis oris, reductionis ad viam, & terminos Juris, aut aliud quodcumque Juris, vel facti, aut gratiæ, vel Justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu simili concessio, vel impetrato, aut emanato uti, seu se juvare in Judicio, vel extra posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum, & dispositionum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores Nostros, Romanos Pontifices pro tempore existentes, & Sedem Apostolicam prædictam, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, & ex quibuslibet causis, & sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet clausulis, & Decretis, etiam in eis de eisdem presentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fieret, pro tempore factis, & concessis, ac faciendis, & concedendis comprehendendi, sed tanquam ad majus bonum, & Ecclesiasticarum Personarum prædictarum quietem, ac pacem tendentes, semper, & omnino ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac cum in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data quomodolibet eligenda concessas esse, & fore; Sicque & non aliter, in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, aut Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, aut alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & præminencia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate in quocumque Judicio, & quacumque Instantia judicari, & definiri debere, & si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, ac inane decernimus, & declaramus.

§. 15. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet editis, vel edendis, etiam in Synodalibus, provincialibus, universalibusque Conciliis specialibus, vel generalibus, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictarum Ecclesiarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, eorumque reformationibus, & novis additionibus, styllis, usibus, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, &

literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & Personis, ac locis quibuscumque, etiam specifica, & expressa, ac individua mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & decretis in genere, vel in specie, etiam Motu pari, ac consistorialiter, aut alias quomodolibet, etiam iteratis vicibus, in contrarium præmissorum concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, etiam in eis caveatur expresse, quod illis per quascumque literas Apostolicas, etiam motu simili pro tempore concessas, & quascumque etiam derogatoriis derogatorias in se continentes clausulas derogari non possit, neque censeatur eis derogatum; Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & clausulas, etiam quantumvis prægnantes, plias, privilegiatas præsentibus pro plene, & sufficienter ac de verbo ad verbum nihil penitus omisso, insertis, expressis, & specificatis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, ad præmissorum omnium, & singulorum validissimum effectum hac vice dumtaxat latissime, & plenissime, & sufficienter, necnon specialiter, & expresse, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Infiguntur  
pœnæ in  
contravento-  
res.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat Nostram hanc paginam avocationis, extinctionis, confirmationis, declarationis, voluntatis, subjectionis, Mandati, decreti, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vigesimo quinto Decimo Kalendas Junii Pontificatus Nostri Anno Primo.

LX.

Confirmatur Decretum Magistri Generalis Minorum de Observ. approbans bipartitam quandam alternativam officiorum Provinciæ S. Saturnini Martyris d. Ordinis.

*De alternativa officiorum pro Provinc. S. Anton. in Lusitania Min. de Observ. Discale. vide Inn. XIII. Const. ed. 1721. Jun. 16. P. 1. Et hujus Pontificis Const. ed. 1725. Jun. 25. P. 2. agit de Alternativa officiorum Min. de Observ. Provincia Sicilia.*

Dat. 9. Jun.  
1725. An. 2.

BENEDICTUS PAPA XIII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Facti expositio.

Nuper pro parte dilecti filii Antonii Mula Procuratoris Provinciæ Sancti Saturnini Martyris Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia ab illius Definitorio specialiter deputati Nobis exposito, quod alias nempe die 19. Februarii 1706. ad pacem in præfata Provincia perpetuo servandam, ac seditiones exterminandas, quæ in distribuendis Officiis, & muneribus ipsius Provinciæ oriri poterant, omnium voto, & consensu stabilita fuerat Alternativa inter Fratres Montanos ex una, & Campefinos ex altera partibus, scilicet, quod quando Minister Provincialis cum duobus Definitoribus erit ex una parte, Custos cum aliis duobus Definitoribus fiat ex alia,

Alternativa prædicta a Fratribus dictæ Provincie stabilita.

& sic viceversa eligendo in primo Capitulo celebrando post hujusmodi concordia confirmationem Ministrum Provinciale ex parte Montanorum; Item ex undecim Guardianis eligendis in præfata Provincia quinque quidem ex parte ejusdem Ministri Provincialis; reliqui vero sex ex parte Custodis, ac insuper convenerant, quod Confessarius Monialium Monasterii Sanctæ Lucie assumendus sit ex parte, ex qua assumptus fuerit idem Provincialis, & quod Lectores tum Philosophiæ, tum Sacræ Theologiæ, & Verbi Dei Prædicatores, qui Conventuales dicuntur æqualiter utrique parti distribuantur, & in casu vacationis ex quacumque causa provenientis, subrogatio fiat juxta formam Constitutionum generalium dicti Ordinis auctoritate Apostolica confirmatarum, ubi vacatio acciderit. In admittendis autem ad habitum nova alterativa servanda erit, sed probata idoneitate, servatisque juxta Statuta generalia Ordinis prædicti servandis indifferenter admittantur, dummodo in Regno Sardinie sint nati, & hæc omnia a præfata Provincia concordata a Definitorio Generali die 22. Maji 1723. speciali Decreto sub nullitatis pœna confirmata fuerant; ideoque pro parte d. Antonii etiam totius Provinciæ hujusmodi nomine Nobis supplicato, ut concordiam, & Alternativam prædictam approbare, & sub eadem pœna observari mandaremus.

§. 1. Nos supplicem libellum super præmissis Nobis porrectum ad Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam remisimus, quæ quidem Congregatio per suum Decretum die 20. Aprilis proxime præteriti editum, attenta relatione dilecti filii moderni Commissarii Generalis Curie ejusdem Ordinis benigne commisit dilecto pariter filio illius Ministro Generali, ut veris existentibus narratis, & quatenus ita in Domino expedire censuisset, superscriptas Concordiam, & Alternativam pro suo arbitrio, & conscientia approbare, atque confirmaret, & in posterum ab omnibus sub pœna nullitatis servari mandaret. Unde dictus Minister Generalis in vim facultatis sibi sic attributæ edidit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet:

A Pontifice renissa illius approbatio ad Congregationem Episcop. & Regul.

Ab illa ad Ministrum Gen. Ordinis.

A quo Decretum hoc emanavit.

§. 2. Cum sicut accepimus, ex retroscripto Decreto Sacræ Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ Provincia Nostra Sancti Saturnini Martyris in Regno Sardinie ad eandem Sacram Congregationem supplici Libello recurrerit pro Confirmatione cujusdam Concordiæ, & Alternativæ communi voto, & consensu decise, & stabilitæ die 19. Februarii anni 1706. approbata, necnon a Definitorio Generali in Capitulo ultimo Romæ celebrato, Decreto speciali emanato die 22. Maji 1723., atque eadem Congregatio audito Patre Commissario Generali Curie pro familia Ultramontana, attentaque ejusdem relatione, arbitrio, & conscientia nostra, prout in Domino expedire censuerimus convenerit præ-narratam Concordiam, seu Alternativam approbare, & confirmare, atque ad ejus firmiorem observationem omne robur opportunum adicere. Nos propterea hujusmodi facultate, & commissione, quam reverenter accepimus utentes, certiores effecti de veritate narratorum, Deum, ac bonum commune præfate nostræ Provinciæ præ oculis habentes dicimus, censemus, ac declaramus præfatam concordiam, seu Alternativam opportunam, quin & necessariam fore ad eliminandas discordias, quæ ex distributione Officiorum, tam majorum, quam inferiorum in Capitulis tam Provincialibus, quam intermediis oriri contingunt, pacemque communem perpetuo firmendam; eamque propterea approbamus, & confirmamus, atque futuris temporibus perpetuo sub pœna nullitatis cujuscumque attentari contra ipsam. Sic nimirum, ut bipartita Provincia inter Montanos, & Campefines alternativam in posterum inviolabiliter servetur